

De Laertii Diogenis fontibus

scripsit

Fridericus Nietzsche.

(cf. vol. XXIII p. 632 sqq.)

III.

De Demetrio Magnete.

Quo acriore studio homines docti hac aetate in philosophiae historiam inquisiverunt, eo magis mirandum est, quod nemo adhuc dedita opera et peculiari instituto de Laertii fontibus disseruit. Qui id fieri potuerit, aegre sane intellegas, cum praeclaro nuper exemplo patefactum sit, quanto opere talis disquisitio, dummodo probe institueretur, universis antiquitatis studiis prodesse posset. Laertium enim notum est singulis philosophorum vitis homonymorum indices adiecisse: quos unde sumpserit, nemo iam dubitat, postquam Scheurleeri beneficio certaque ratiocinatione id effectum sit, quod coniecerat Ionsius p. 12, Valentinus Rose p. 41 adfirmaverat: *Demetrii Magnetis πραγμάτειαν περὶ ὅμων μων* hos omnes suppeditasse indices. Conf. Gulielmi Antoni Scheurleeri Amstelodamensis disput. de Demetrio Magnete. Lugd. Bat. MDCCCLVIII.

Hac re probata ansam nacti sumus, qua plures homines litteratos, poetas, artifices, musicos certis temporibus adsigneimus, quorum memoria prorsus videbatur obliterata. Hi enim indices nunquam illius Demetrii aetatem superant, cuius auctoritatem ipse Laertius duobus locis antestatur. Sat autem commode hoc convenit, quod in Demetriorum tabula V. 83—85 huius Magnetis nomen non comparet, hac ipsa absentia inter alios praeminens.

Vt vero ea dicam, quae in Scheurleeri disputatione desidero, haec habeas. Cum enim Laertius non solum in his indicibus, sed etiam in ipsis philosophorum vitis ad Demetrium

auctorem idque multo saepius provocet — conf. I. 114. II. 52. 56. 57. V. 3. 75. 89. VI. 79. 84. 88. VII. 31. 169. 185. VIII. 84. 85. IX. 15. 27. 35. 36. X. 13. — in promptu est eum, qui indices ex homonymorum volumine desumpsit, etiam vitas ex eodem fonte locupletasse: quis autem hoc fecerit, utrum Laertius an eius auctor, suo loco suoque tempore disceptabitur: iam sumamus Laertium. Qui sane non is est, qui unicuique loco, quem ex fontibus suis excerptis, religiose auctoris nomen adposuerit. Immo gravissimis caussis in suspicionem adducimur, in Laertii libro multo maiorem Demetrii partem esse residuam, quam hucusque patefactum sit. Quod etiam Scheurleerus quin senserit, non dubito: at non eo processit ratiocinando, ut certa locorum genera distingueret, quae Demetrio auctori vindicanda essent; sed contentus erat ea omnia colligere, quae ipsius Demetrii nomine insignita deprehenduntur. Hac igitur in parte Scheurleeri opera supplenda est.

Vni in primis loco, qui fere integer aetatem tulit huius πραγματείας περὶ ὁμωνύμων distinctam debemus imaginem, cum omnia fere alia pristinam formam copiamque amiserint atque excerptoris manus experta sint. Illum locum insignem Dionysius Halicarnassensis in Dinarchi vita servavit eo quidem consilio, ut industriam suam omnes priores ipsumque Demetrium superantem nobis probaret. Quo instituto factum est, ut Demetriani libri erroribus eximie infecta pars ad nostram aetatem perveniret. At caveamus, ne totum damnumus hac una parva parte perducti. Nam Demetrius in Dinarcheis enarrandis adversa usus est fortuna, cum hoc quidem loco fontibus, quos usurpare consuevit, prorsus destituereatur, parcamque memoriam suo Marte compensare conaretur. Quae vero de suo addiderit, facili opera ex verbis, quae transcribere iuvabit, eruemus: ἀλλὰ Δημήτριος δὲ Μάγης, ὃς ἔδοξε γενέσθαι πολυίστωρ, ἐν τῇ περὶ τῶν ὁμωνύμων πραγματείᾳ λέγων καὶ περὶ τούτου τοῦ ἀνδρὸς (Δεινάρχου) καὶ ἵποληψιν παρασκόν ὡς περὶ αὐτοῦ λέξων τι ἀκριβές, διεψεύσθη τῆς δόξης· οὐδέν δὲ κωλίει καὶ τὰς λέξεις παραθέσθαι τοῦ ἀνδρὸς. ἐστι δὲ τὰ ὅπ' αὐτοῦ γραφέντα τάδε. Δεινάρχοις δὲ ἐνετύχομεν δ', ὃν ἐστιν δὲ μὲν ἐκ τῶν ἔητόρων τῶν Ἀττικῶν, δὲ τὰς περὶ Κρήτην συναγηγχώς (sic Westerm.) μνθολογίας, δὲ δὲ πρεσβύτερος μὲν ἀμφοῖν τούτοιν, Δῆλος δὲ τὸ γένος, πεπραγματευμένος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ πρᾶγμα, τέτυρτος δὲ περὶ Ὁμήρου λόγον συντεθεικώς. ἔθέλω δὲ πρὸς μέρος περὶ ἔκάστου διελθεῖν καὶ πρῶτον μὲν περὶ τοῦ δῆτορος. ἐστι τοίνυν οὗτος κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν οὐδέν ἀπολείπων τῆς Ὑπερείδου χάριτος, ὥστ' εἰπεῖν καὶ νύ κεν ἡ παρέλασεν. ἐνθάμημα γὰρ φέρει πιστικὸν καὶ σχῆμα πυριστικὸν πιθανότητός γε μὴν οὔτως εὖ ἥκει, ὥστε

παριστάνειν τοῖς ἀκούονσι μὴ ἄλλως γεγονέναι τὸ πρᾶγμα ἡ ὡς αὐτὸς λέγει, καὶ νομίσειεν ἂν τις εὑῆθεις εἶναι τὸν σ্পολαβόντας τὸν λόγον τὸν κατὰ Δημοσθέοντος εἶναι τούτον. πολὺ γάρ ἀπέχει τὸν χαρακτῆρος, ἀλλ' ὅμως τοσοῦτον σκότος ἐπιπεπόλακεν, ὥστε τοὺς μὲν ἄλλους αὐτοῦ λόγους, σχεδόν πον ὑπὲρ ξ' καὶ οὐ δύτας, ἀγνοεῖν σιμβέβηκε, τὸν δὲ μὴ γραφέντα διὸ αὐτοῦ μόνον ἐκείνου νομίζεσθαι. ἡ δὲ λέξις ἔστι τὸν Δεινάρχον κυρίως ἡθική, πάθος κινοῦσσα σχεδὸν τῇ πικρίᾳ μόνον καὶ τῷ τόνῳ τοῦ Δημοσθενικοῦ χαρακτῆρος λειπομένη, τοῦ δὲ πιθανοῦ καὶ κυρίου μηδὲν ἐνδέονσα.

In his sane omnia desiderantur, quae ad vitam rhetoris pertinent: unde efficitur nullum *περὶ βίων* librum Demetrio in Dinarchi vita contexenda praesto fuisse. Neque difficile est exploratu, cur Dinarchus a vitarum scriptoribus tanto opere neglectus sit. Hi enim unicuique rhetori vel philosopho locum in certa aliqua successione et schola consignabant: si quis vero nulla vi inseri se passus est, in periculum oblivionis abiit. Conf. grammatis in biblioth. Coisl. p. 597. Id quod Dinarcho accidit postumae tamquam Eloquentiae soboli. Vid. de eius magistris Plutarch. p. 850. Dionys. Dinarch. 2. Cuius memoriam Demetrius non nisi ex pinacographis repetere poterat, qui eius necessario mentionem fecerunt. His igitur illum numerorum errorem, quem Dionysius acerbe perstringit, imputaremus, nisi alia rationatio nos maiore uti cautione iuberet. Quid quod Dionysius incredibilem illum numerum ξ' καὶ οὐ' ut ficticium neque pinacographorum memoria innisum his verbis significat καὶ πλῆθος λόγων (*Δημήτριος*) εἰπεν οὐδενὶ τῶν ** σιμφωνον, εἰ δεῖ ** δὲ τὸν ναντίον. Quae etsi valde mutila esse largimur, tamen nullam aliam ac diximus vim habent, cum Dionysius, antequam Dinarchi vitam composuit, et Callimachi et Pergamenorum indices se inspexisse ipse narret. Vnde tandem illum numerum Demetrium sumpsisse putabimus nisi ex indicibus aut Alexandrinis aut Pergamenis? Si mihi credis et ex his et ex illis hanc in rationem, ut numeros orationum, quas notatas in utriusque bibliothecae indicibus invenit, computando in unam summam coniungeret. Quod ideo conicio, quod Dionysius ex LXXXVII LX tantum orationes genuinas esse statuit. Has LXXXVII cum apud Demetrium non invenisset, aut e Callimachi aut Pergamenorum indicibus depropnsit: cum autem in ingenti CLX orationum numero etiam has LXXXVII latere veri sit simillimum, eosdemque indices Demetrius usurpaverit, quos Dionysius, ἀπορίᾳν hac via videmur solvere, ut hos pinacographs LXXXVII, illos LXXIII notasse statuamus. Demetrium autem summam fecisse, cum diversas diversis bibliothecis orationes Dinarchi nomine ferri vidisset.

Verum hoc quidem quoconque modo se habet, illud tenen-

dum est Demetrium, si fontibus destitutus paucissima notare cogeretur, unam rem utique notasse, scripta puto. Quod ex totius ὀμωνύμων libri indole et consilio sponte intellegitur. Cum enim Demetrius cognominum hominum litteratorum in dies augeri numerum variosque errores ex hoc ὀμωνυμίᾳ fonte repetendos esse vidisset — conf. Ionsius p. 12 et Val. Rose de Arist. libr. ord. p. 27 —, ita ut libri multi diversis non quidem nominibus, sed hominibus ab indoctis doctisque tribuerentur, separatim de hac ὀμωνυμίᾳ agere ac suum cuique restituere instituit, ad prime pinacographorum opera adiutus. Hoc quod necessario e Demetriani libri consilio est consecrarium, reliquiis eius aperte confirmatur. Quae quamquam a breviatore nimis in artum coactae sunt, saepissime tamen indicum vestigia retinent. Veluti

II. 64 Ἀλσοχίνης — δεύτερος ὁ τὰς τέχνας γεγραφώς τὰς ορητορικάς. II. 3 Ἀροξίμανδρος — ὃς ἀδελφῆς νιὸς ἦν τοῦ τὰς Ἀλεξάνδρου πρᾶξεις γεγραφότος. II. 83 Ἀρίστιππος — δεύτερος ὁ τὰ περὶ Ἀρκαδίας γεγραφός. V. 35 Ἀριστοτέλης — οὗ καὶ δικανικοὶ φέρονται λόγοι χαριέντες. τρίτος περὶ Τιμίδους πεπραγματευμένος. τέταρτος πρὸς τὸν Ἰσοκράτους πανηγυρικὸν ἀντιγεγραφώς — ἔκτος γεγραφώς περὶ ποιητικῆς — ὅγδοος — οὗ φέρεται τέχνη περὶ πλεονασμοῦ quibus exemplis longum est octoginta vel plus addere, cum perse intellegatur, Demetrio indices fuisse notandos. Qua re perspecta hos consideramus indices, quos Laertius vitis inseruit. Quos unde sumpserit, non erit dubium, simulatque docui in eis nonnunquam Demetrii Magnetis nomen auctoritatēque usurpari. II. 57 Ξενοφῶν — συνεγραψε δὲ — καὶ Ἀθηναίων καὶ Ακεδαιμονίων πολιτείαν, ἦν φησιν οὐκ εἶναι Ξενοφῶντος ὁ Μάργης Δημήτριος. VIII. 85 τοῦτον (Φιλόλαον) φησι Δημήτριος ἐν ὀμωνύμοις πρῶτον ἐκδοῖναι τῶν Πνευματικῶν περὶ φύσεως, ὃν ἡ ἀρχὴ ἥδε κτλ. VIII. 84 φησὶ δ' αὐτὸν Δημήτριος ἐν ὀμωνύμοις μηδὲν καταλιπεῖν σύγγραμμα. I. 112 φέρεται αὐτῷ καὶ ἐπιστολὴ πρὸς Σόλωνα τὸν νομοθέτην περιέχονσα πολιτείαν ἦν διέταξε Κρησὶ Μίνως. ἀλλὰ Δημήτριος ὁ Μάργης ἐν τοῖς περὶ ὀμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων διελέγχαι πειράται τὴν ἐπιστολὴν ᾧς νεαρὸν καὶ μῆ τῇ Κρητικῇ φωνῇ γεγραμμένην, Ἀτθίδι δὲ καὶ ταύτη νέα. Demetrius Callimachi vestigiis institisse in πίναξι initia scriptorum exhibentis etiam his exemplis proditur VI. 81 γεγόνυσι δὲ Διογένεις πέντε πρῶτος Ἀπολλωνιάτης φυσικὸς. ἀρχὴ δ' αὐτῷ τοῦ συγγράμματος ἥδε κτλ. VIII. 52 γεγόνυσι δ' Ἀρχίται τέσσαρες — ἐνιοι καὶ πέμπτον ἀρχιτέκτονα φασιν οὓς φέρεται βιβλίον περὶ μηχανῆς ἀρχῆν ἔχον ταντην κτλ. I. 119 Ἐρατοσθένης δ' ἔνα μόνον (Φερεκύδην Σίριον γεγονέναι φησὶ) καὶ ἔτερον Ἀθηναῖον γενεαλόγον. σώζεται

δὲ τοῦ Συρίου τόδε βιβλίον ὃ συνέγραψεν. οὗ δὲ ἀρχὴ κτλ.
V. 85 δεύτερος (*Δημήτριος*) ἐπῶν ποιητῆς οὗ μόνα σώζεται
πρὸς τοὺς φθονεροὺς εἰρημένα τάδε κτλ. cf. VIII. 83. IX.
51. 52. 112.

E Demetrii igitur libro omnes illos indices¹⁾,
quos Laertius vitis philosophorum subiunxit censeo esse repetendos: exceptis Platonis Democritique indicibus,
qui Thrasyllo adsignandi sunt auctori. De quibus vide infra.

Iam via parata est, qua id, quod in Scheurleeri libello
iure desideravimus, facillime possit suppleri. Cum enim saepissime
apud Laertium Demetrii nomen aut excidisse aut omissum
esse veri sit simillimum, certum iam iudicium tenemus, quo
duce Demetrio sua restituamus. In his enim Laertii partibus,
quaes certissime Demetrio debentur, i. e. in homonymorum et
librorum indicibus hi excitantur Demetrii fontes

A. in homonymorum indicibus.

Apollodorus in chronicis VIII. 90. VI. 101.

Antigonus II. 15.

Aristoxenus V. 35.

1) Id statuo etiam de indice Aristotelis Laertiano, qui dici nequit quantas turbas excitaverit. Quem e Favorini libris esse sumptum Valentini Rose in Arist. pseud. p. 8. adfirmavit atque E. Heitzius p. 46 ss. concessit: id quod suo loco suoque tempore reiculum erit. Vbi etiam illa corruet sententia, quam V. Rose tamquam fundamentum aedificio suo mirabili substruxit, quam etiam I. Bernaysius tueretur his ille verbis usus in script. de Arist. dialogis p. 133. 'Den Katalog der aristotelischen Schriften habe ich vermutungswise dem Rhodier Andronicus beigelegt, weil dieser Peripatetiker für den ersten Verzeichner und Ordner der aristotelischen Schriften einstimmig im späteren Alterthum gehalten wird [erravit Bernaysius] und seine Arbeit sicherlich die verbreitetste war'. Val. Rose in Ar. pseud. p. 8 'nemo dubitare poterit, quin (Favorinus) eosdem illos indices vulgares secutus fuerit, quos Andronicus tribuit Plutarchus eius aequalis'. Contra Heitzius disputat p. 46. 'Dagegen sind wir nicht im Stande, uns von der Unmöglichkeit zu überzeugen, dass Favorinus aus keiner andern Quelle als aus Andronicus, dessen Name nirgends bei Diogenes genannt wird, geschöpft haben soll'. Remoto hoc de Favorini Laertiani indicis fonte gravissimo errore apparebit E. Heitzium ea in re verum adsecutum esse, quod Hermippum Callimacheum Aristotelis indicis auctorem significat p. 46 ss. Andronicum autem reicit. Diversas Valentini Rose, Bernaysii, Heitzii rationes measque ipsas haec repraesentat tabula:

Val. Rose.	Bernaysius.	Heitzius.	Ego.
index Arist. Laert.	ind. Ar. La.	ind. Ar. La.	ind. Ar. La.
ex	ex	ex	ex
Favorino	Andronico	Favorino	Diocle
ex		ex	ex
Andronico		Hermippo	Demetrio Magnete
		ex	
		Hermippo.	

- Hermippus Plut. Demosth. c. 28.
 Hippobotus V. 89. IX. 39—40.
 Duris I. 38.
 Neanthes I. 99.
 Callimachus IV. 45. cf. IX. 17.
 Sotion (et Heraclides Lembus) I. 99.

B. in librorum indicibus.

- Lobon Argivus I. 35.
 Dionysodorus II. 42.
 Peristratus Ephesius II. 60.
 Persaeus II. 61.
 Panaetius II. 64. 85. VII. 163.
 Sosicrates II. 85. VI. 80. VII. 163.
 Sotion II. 85. VI. 80. VIII. 7.
 Satyrus VI. 80.
 Callimachus IX. 23.
 Heraclides in Sotionis epitome VIII. 7. 58.
 Neanthes VIII. 58.
 Hieronymus VIII. 58.
 Hermippus VIII. 85. 88.
 Seleucus IX. 12. cf. III. 109.
 Aristoxenus IX. 40.
 Antigonus Carystius IX. 112. 109.

En igitur Demetrii fontes eosque ditissimos Hermippum, Callimachum, Sotionem, Satyrum, Sosicratem, Hieronymum, Antigonus Carystium, Panaetium, Apollodorum, alios. Atqui idem scriptores etiam in vitis, ad quas componendas constat Demetrium esse adhibitum, saepissime excitati inveniuntur. Ergo omnia eorum testimonia censeo e Demetrio Magnete in Laertium fluxisse: qua re perspecta tamquam in arcem totius de Laertii fontibus quaestio[n]is intravimus. Quanto vero opere sententia mea eo confirmetur, quod illi scriptores saepius una vel deinceps excitantur, ei intellegent, qui ex citandi ratione aliquid conligere didicerunt. Veluti I. 38 Apollodorus in chronicis — Sosicrates, Demetrius Magnes. Duris. I. 68 Sosicrates — Satyrus — Herodotus. I. 74. 75 Duris — Apollodorus — Sosicrates. I. 82 Satyrus — Duris — Satyrus. I. 95. 96 Sosicrates, Herodotus — Aristippus *περὶ παλαιᾶς τρυφῆς*. I. 101 Sosicrates — Hermippus. cf. I. 106. — I. 119 Andron — Eratosthenes — Duris. II. 13 Hermippus — Hieronymus. II. 26 Satyrus — Hieronymus. III. 2. 3 Apollodorus — Hermippus — Neanthes. IV. 45 Hermippus, Demetrius — Apollodorus. V. 2. 3. 4 Hermippus — Demetrius — Aristippus. V. 58 ss. Apollodorus Demetrius. V. 78 Hermippus — Heraclides in Sotionis

Epitome, Demetrius. V. 89 Demetrius — Hippobotus — Hermippus. VI. 13 Neanthes — Sosicrates. VII. 184 Sotion, Hermippus — Apollodorus — Demetrius. VIII. 40 Heraclides in Satyri Epitome — Hermippus — Hippobotus — Heraclides. VIII. 51. 55 Hippobotus — Timaeus — Hermippus, Eratosthenes, Apollodorus — Satyrus — Heraclides in Epitome. VIII. 58 ss. Hieronymus — Heraclides — Hieronymus — Neanthes — Satyrus — Apollodorus — Satyrus — Timaeus — Aristippus, Satyrus — Heraclides. VIII. 69 Hermippus — Hippobotus. VIII. 72 Timaeus, Hippobotus — Neanthes. VIII. S6 Callimachus — Sotion. IX. 26. 27 Heraclides in Satyri Epitome — Demetrius. — X. 14 Apollodorus — Hermippus.

Eo igitur ventum est disputationis, ut maximam Laertii partem uni deberi Demetrio Magneti iudicaremus.

Sed non licet ratiocinari progreedi, antequam quaestioni illi non responderimus gravissimae, quis esset scriptor, cuius πίνακας Demetrius integros recipere soleret: nisi quod eos non-numquam collatis aliorum indicibus correxit et supplevit. Quem scriptorem non possumus indagare nisi Aristippi, Aristonis, Diogenis consideratis indicibus.

Aristippi igitur libri hunc in modum enumerantur, ut e quattuor diversis πίναξι desumpti videantur. II. 84.

I) τοῦ δὲ Κυρηναϊκοῦ φιλοσόφου φέρεται βιβλία τρία μὲν ἴστορίας τῶν κατὰ Αἰβύνην, ἀπεσταλμένα Διονυσίῳ. ἐν δὲ, ἐν ᾧ διάλογοι πέντε καὶ εἴκοσιν, οἱ μὲν Ἀτθίδι, οἱ δὲ Αωρίδι διαλέκτῳ γεγραμμένα: quorum index sequitur.

II) ἐντοι οἱ δὲ καὶ διατιθῶν αὐτὸν φυσιν ἐξ γεγραφέναι.

III) οἱ δ' οὐδ' ὅλως γράψαι. ὃν ἔστι καὶ Σωσικράτης καὶ Παναίτιος ὁ Ρόδιος.

IV) κατὰ δὲ Σωτίωνα ἐν δευτέρῳ ἔστιν αὐτῷ συγγράμματα τὰδε: quae secuntur.

Quae scripsi, partim e conjectura scripsi. Codices enim exhibent οἱ δ' οὐδ' ὅλως γράψαι. ὃν ἔστι καὶ Σωσικράτης ὁ Ρόδιος. κατὰ δὲ Σωτίωνα ἐν δευτέρῳ καὶ Παναίτιον ἔστιν αὐτῷ συγγράμματα τὰδε. Mirum sane, quod hoc solo loco Sosicrati Rhodus patria adsignatur: in quo tamen non haererem, nisi gravior offensio accederet, in καὶ Παναίτιον vocabulis posita. Quid quod aperto scimus testimonio Panaetium omnes Socraticorum dialogos ut spurius damnasse exceptis Platonis, Xenophontis, Antisthenis, Aeschinis; de Phaedonis autem et Euclidis dubitasse. Quod cum ita sit, Panaetius in numero eorum habendus est, qui αὐτὸν οὐδ' ὅλως γράψαι adfirmabant. Qua re restitui: ὃν ἔστιν καὶ Σωσικράτης καὶ Παναίτιος ὁ Ρόδιος. Delapsa enim sunt καὶ Παναίτιος vocabula in sequentem lineam. Hanc igitur habe corruptionis viam imagine expressam.

- | | |
|---------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------|
| 1. Genuina forma | ῶν ἔστι καὶ Σωσικράτης καὶ
Παναίτιος ὁ Ῥόδιος· κατὰ δὲ
Σωτίωνα ἐν β' |
| 2. neglegenter exhibita | ῶν ἔστι καὶ Σωσικράτης ὁ
καὶ Παναίτιος
Ῥόδιος· κατὰ δὲ Σωτίωνα ἐν β' |
| 3. librariorum errore ita mu-
tata | ῶν ἔστι καὶ Σωσικράτης ὁ
Ῥόδιος· κατὰ δὲ Σωτίωνα ἐν β'
καὶ Παναίτιον |

Panaetius haud raro ὁ Ῥόδιος appellatur ut ab Athenaeo 556_b, 634^c cf. Epiph. adv. Haeres. III. 9. Suid. s. v. *Πολέμων*.

Nihil igitur scripsisse Aristippum Sosicates et Panaetius censem: quo iudicic adversantur pinacographis, qui ante eos scripserunt velut Sotioni. Sotion autem ipse ab illo indice, qui loco primario adfertur, discrepat, quod XIV dialogos aut ut spurious damnat aut ignorat, VI autem plures exhibit quam ille. Consentit vero de aliis VI. Aperto quidem testimonio non potest disceptari, uter index aetate prior sit, utrum Sotionis an anonymi. Sed si nostram sequimur observationem, novis pinacographorum curis studiisque numerum genuinorum scriptorum semper esse minutum: non dubito, quin Sotionis index iunior sit quam alter. Id quod optime probatur Diogenis indicibus VI. 80.

I) φέρεται δ' αὐτοῦ βιβλία τάδε: quae secuntur.

II) Σωσικράτης δ' ἐν τῷ πρώτῳ τῆς διαδοχῆς καὶ Σά-
τυρος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν βίων οὐδὲν εἶναι Διογένους φασίν.
τὰ τε τραγῳδίαι φησιν δὲ Σάτυρος Φιλίσκου εἶναι τοῦ Αἰγι-
νήτου, γνωρίμου τοῦ Διογένους.

III) Σωτίων δ' ἐν τῷ ἐβδόμῳ ταῦτα μόνα φησὶ Διογέ-
νους εἶναι: quae secuntur.

In promptu est Sosiceratem, Satyrum, Sotionem reiecisse indicem principe loco exhibitum, hunc ita, ut quaedam damna-
ret, quaedam probaret, quaedam suppleret, illos ut omnia spuri-
a haberent conjecturamque adderent de tragediarum, quae
Diogenis nomine ferebantur, auctore. Eadem fere ratio in Ari-
stonis indicibus dispicit VII. 163.

I) βιβλία δ' αὐτοῦ φέρεται τάδε: quae secuntur.

II) Παναίτιος δὲ καὶ Σωσικράτης μόνας αὐτοῦ τὰς ἐπι-
στολάς φασι, τὰ δὲ ὅλα τοῦ περιπατητικοῦ Ἀριστωνος. Priori
igitur indici e Panaetii Sosicratisque sententia gravissimus in-
haerescit error ex Aristonum ὄμωνημά natus.

Tribus igitur testimonii innisi adfirmamus fuisse iam ante
Satyri, Sotionis, Sosicratis aetatem philosophorum πίνακας, quam-
vis saepius aut lacunosos aut erroribus infectos. Cuius fuerint
hi indices, non est incertum. Erant Callimachi eiusque discipuli
Hermippi. Illum philosophorum indices in ingenti πινάκων the-

sauro confecisse res ipsa suadet probantque aperta testimonia Laert. IX. 22. Harpocrat. s. v. Ἰων Suid. s. v. Καλλίμαχος — πίναξ τῶν Δημοκρίτου συνταγμάτων. Hermippum autem vitis etiam indices inseruisse, haec produnt consignata documenta:

Laert. VIII. 88 (Εἰδοξος) γράψας τοῖς ἰδίοις πολίταις νόμους ὡς φησιν Ἐρμιππος ἐν τετάρτῃ περὶ τῶν ἐπτὰ σοφῶν, καὶ ἀστρολογούμενα καὶ γεωμετρούμενα καὶ ἔτερ' ἄττα ἀξιόλογα.

Laert. VIII. 85 γέγραφε (Φιλόλαος) δὲ βιβλίον ἐν διφτυχίᾳ Ἐρμιππος λέγειν τινὰ τῶν συγγραφέων Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον παραγενόμενον εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον ὡνήσασθαι κτλ.

Plin. nat. hist. XXX. 1. 4. Hermippus, qui de ea (magica) arte diligentissime scripsit — indicibus quoque voluminum eius positis —

Theophrasti περὶ φυτῶν ἴστορίας libro septimo in Vrbinate subscribitur:

Θεοφράστον περὶ φυτῶν ἴστορίας τὸ ή. Ἐρμιππος δὲ περὶ φργανικῶν καὶ ποιωδῶν, Ἀνδρόνικος δὲ περὶ φυτῶν ἴστορίας.

Theophrasti fragm. metaphysico subscribitur:

τοῦτο τὸ βιβλίον Ἀνδρόνικος μὲν καὶ Ἐρμιππος ἀγνοοῦσιν. οὐδὲ γὰρ μείαν αὐτοῦ δλως πεποίηται ἐν τῇ ἀναγραφῇ τῶν Θεοφράστον βιβλίων.

Theophrasti indicem Laertianum Vsenerus in Anal. Theophr. p. 24, Aristotelis Heitzius p. 46 ss. Hermippo vindicant auctori.

Postquam docuimus fuisse in Hermippi βίοις etiam indicēs, restat ut de ratione quae inter hos βίους et Callimachi πίνακας intercesserit, disseramus. Ut a Callimacho proficiscamur, eum constat e Suidae testimonio πίνακας τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὡν συνέγραψαν confecisse in libris CXX. In quo numero quae vis insit, miror quod nemo, ne Wachsmuthius quidem, exponit. Toto vero caelo erravit, qui hunc numerum nescio quibus caassis motus in κ' καὶ δ' mutandum esse censuit in Philol. vol. V. p. 433.

Si quis eruere studet, quibus partibus generalibus illi catalogi bibliothecae Alexandrinae constiterint: ei proficiscendum erit ab illis partibus, quas scriptores veteres nominatim antestantur. Hae sunt

I) ἀναγραφὴ τῶν ὁγηρικῶν Athen. 669a

II) ἀναγραφὴ τῶν ποιημάτων Etym. M. s. v. πίναξ cf. Wachsmuthius²⁾ in Phil. XVI. Heckerus quaest. Call. p. 29.

2) C. Wachsmuthius p. 656 illum librum cum πινάκων opere

III) πίναξ παντοδαπῶν συγγραμμάτων Athen. 643^c, 244^a.
Certissima conjectura addimus IV) ἀναγραφὴ ἰστορικῶν Athen.

non debebat confundere, qui a Suida hoc titulo exhibetur ‘πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ’ ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων’: iam ipso chronologico ordine haec ἀναγραφὴ valde a catalogi in bibliothecae usum facti consilio et indeole discrepat. Accedit, quod Suidas aperte eam a πινάκων librī CXX distinguit. Id sane est veri si millimum hac tabula chronologica Callimachum sese ad πινάκων certam partem, quae carmina continebat omnis generis, praeparasse. Quae Wachsmuthius huic ἀναγραφῇ p. 656 tribuit, maiore iure ad hanc πινάκων partem referimus, quae inscripta erat ἀναγραφὴ τῶν ποιημάτων, ad litterarum ordinem ut ceterae partes digesta. — Cum priorum quattuor partium haec esset ratio ut scriptores secundum litterarum ordinem enumerarentur, in quinta parte, quae τὰ παντοδαπὰ συγγράμματα continebat, alia dominabatur distributio. Conf. Athen. XIV. p. 643^e οὐδα δὲ καὶ Καλλίμαχον ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγράμματων πίνακι ἀναγράφοντα πλακουντοποιήκα συγγράμματα Αἰγυπτον καὶ Ἡγεσπόπον καὶ Μηροβίτον καὶ Φιλότον. Singula igitur litterarum genera veluti νόμοι, πλακουντοποιῖζù, hac in parte secundum litterarum ordinem sequebantur, ita ut omnes unius generis scriptores uno loco eique litterarum ordine (ut indicavi litteris maiusculis) conlocarentur. — Si quis post Prelleri et Lozynskyi conamina Hermippi reliquias denuo et probabilius disponere vult, eum hanc dispositionis rationem sequi iubeo.

Btōi tῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων.

I. *Btōi tῶν ποιητῶν*

Hippontacis Athen. 327^c.

?Sibyllae. Suid. s. v. Euripidis Vit. ap. West. p. 138.

II. *Btōi tῶν ὁγρόων.*

Gorgiae LX ap. Loz.

Isocratis LXXXVII.

Isaei LXIII. LXIII.

Demosthenis LXV.

Aesionis LXIX.

Hyperidis LXX. LXXI.

Euthiae LXXII. LXXIII.

Theocriti LXXIV.

Theodectis LXXV.

Archiae LXXVI.

Aeschinis. Schol. ad Aesch. de fals. leg. init. Etym. M. 118, 11.

III. *βtōi tῶν ἰστορικῶν.*

Thucydidis LXXVII

IV. *βtōi tῶν Μάγων* La. Diog. I. 1. Plin. nat. hist. XXX. 2. Arnob. I. 52.

βtōi tῶν σοφῶν

Solonis XVII. XIX.

Periandri V.

Thaletis La. I. 33.

Anacharsidis VIII.

Chilonis II. III.

Epimenidis VI. VII.

Mysonis IV.

Pherecydis XLI.

70^a et V) ἀναγραφὴν φιλοσόφων scil. συγγραμμάτων, cuius plura sunt relicua cf. Wachsmuthius p. 659. Iam totum orbem diversorum scriptorum emensi sumus, quem Callimachi τίτλοις amplexi sunt. Sexta enim pars neque usquam indicatur, neque quo in argumento versata sit, cogitari potest. En igitur bibliothecae catalogum in quinque partes dissectum: quarum unaquaeque ad litterarum ordinem erat digesta, ut omnium temporum consuetudo et res ipsa suadet.

Iam si mihi credis, numerus CXX librorum ita est intellegendus, ut unicuique parti spatium concessum sit XXIV librorum, quisque autem liber unam contineat litteram. Nemo vero, qui bibliothecarum et catalogorum non est nescius, in hac re offendet, quod ambitum singulorum librorum necessario fluctuasse dico. Totius autem catalogi ratio hac ante oculos ponitur descripta tabella:

I. ἀναγραφὴ τῶν ποιημάτων	<i>A—Ω</i>	= libri XXIV
II. ἀναγραφὴ τῶν ὅρτορικῶν	<i>A—Ω</i>	= libri XXIV
III. ἀναγραφὴ τῶν ἱστορικῶν	<i>A—Ω</i>	= libri XXIV
IV. ἀναγραφὴ τῶν φιλοσόφων	<i>A—Ω</i>	= libri XXIV
V. ἀναγραφὴ τῶν παντοδαπῶν	<i>A—Ω</i>	= libri XXIV

Summa: libri CXX.

Hermippus autem, qui Titulum ipsum illius Callimachi catalogi vitis suis praefixit, Callimachi vestigiis videtur anxie instituisse, ita ut tot generales partes distingueret quot Callimachus, id ille quidem mutans, quod non ad litterarum, sed ad temporum ordinem homines litteratos enumeravit. Id quod e

βίοι τῶν φιλοσόφων

Anaxagorae XXI.

Heraclitii XXXVIII.

Zenonis LV.

Democriti XXXI.

Socratis XLIX.

Alexini XX.

Menedemi XL.

Stilponis L.

Platonis XLIII.

Arcesilai XXIII.

Aristotelis XXIV—XXVII.

Theophrasti LI—LIV.

Heraclidis XXXVII.

Callisthenis XXVIII.

Demetrii Phalerei XXX.

Lyconis XXXIX.

Athenionis XLVII.

Antisthenis XXII.

Philisci s. v. Suidas.

Diogenis LVI.

Menippi LVII.

Chrysippi XXIX.

Persaei LVIII.

Pythagorae XLIV—XLVII.

Philolai XLII.

Diodori Aspendii XXXII.

Empedoclis XXIII—XXV.

Epicuri XXXVI. La. X. 51.

V. *Βίοι παντοδαπῶν συγγραφέων.*

Βίοι νομοθετῶν.

X. XI.

Triptolemi XII.

Lycurgi XIV—XVI.

Charondae XIII.

Dionysii Halicarnassensis testimonio (*βιογράφοι* Westerm. p. 200) et ex aliis indicis configere licet.

Hoc autem loco etiam quaestio de Hermippi aetate perstringenda est, de qua ne verbum quidem adicerem, nisi nuper ab Augusto Nauckio omnia iam pridem expedita temere transversum acta essent. Qui in Philol. vol. V. p. 694 ita disputavit: »Der Cyniker Menippus ist bedeutend jünger als irgend ein Schüler des Callimachus. Da Menippus Sclave war, so werden wir nicht fehlgreifen, wenn wir dessen Erwähnung zu dem Buche *περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαπορευάντων δούλων* ziehen. Nach Suidas s. v. "Αθρων und "Ἐγμιππος ist aber dies Buch dem Berytier Hermippus beizulegen. Hieraus dürfte sich dann weiter ergeben, dass Diogenes Laertius, der den Hermippus durchgängig d. h. mehr als 30 mal ohne irgend eine nähere Bestimmung seiner Person citiert, auch an allen übrigen Stellen den Berytier im Sinne hat, dass demnach der Callimacheer der Berytier ist«. Haec tota ratiocinatio inde proficiscitur, quod de victu et morte Menippi VI. 99 Hermippi auctoritas excitatur. At sane largimur videri Hermippum de Menippo Gadarensi Meleagri aequali loqui, sat longo totius saeculi intervallo a Callimacho eiusque discipulis remoto: si quidem recte Oehlerus in proll. ad Varr. Sat. p. 42 ss. floruisse eum demonstravit circiter olympiadem centesimam sexagesimam. Haec enim apud Laertium VI. 99 extant: *τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλοῦ καταγέλωτος γέμει καὶ τι ἵσον τοῖς Μελεάρχον τοῦ κατ' αὐτὸν γενομένον φησὶ δὲ Ἐγμιππος ἡμεροδανειστὴν αὐτὸν κτλ.* Hoc igitur uno loco innexus eo progressus est Nauckius ut Hermippum Callimacheum Berytum esse adfirmaret. Esto quod ille sumpsit: qui fieri potuit, ut Hermippum Berytum Hadriani aequalem excitarent homines multo antiquiores veluti Iosephus contra Apionem (*πολλοὶ δὲ τὰ περὶ αὐτοῦ [Πνθαγόρον] ἴστορήκασι καὶ τούτων ἐπισημότατός ἐστιν Ἐγμιππος, ἀπὸ τοῦ πᾶσαν ἴστορίαν ἐπιμελῆς*) vel Dionysius Halicarnassensis de Isaeo c. 1 (οὐδὲ γάρ δι τοὺς μαθητὰς [scil. Isocratis] ἀναγράψας Ἐγμιππος) vel Demetrius Magnes Laert. VIII. 85. 88 vel Sosicrates La. I. 106 (ὡς φησι Σωσικράτης Ἐγμιππον παρατιθέμενος). In promptu igitur est, Callimacheum Hermippum i. e. eum, qui Pythagorae, Isocratis eiusque discipulorum vitas scripsit, floruisse ante Iosephum, Dionysium, Demetrium, Sosicratem itaque non posse cum Berytio confundi. Iam ad Laertii locum redeo, ubi Hermippi de Menippo testimonium adfertur. Errorem alicubi latere indicavit Roeperus in Philol. XVIII. p. 420 ex Menipporum ὅμωνυμίᾳ ortum, cuius similes designavit in Luciani schol. pisc. tom. IV. p. 97 Iac. Icaromenipp. I. p. 196 Iac. At desunt certa indica, quibus talis error prodatur. Immo si animum advertamus

ad haec VI. 95 : *μαθηται δ' αντοῦ* (i. e. Metroclis, Theophrasti Cratetisque discipuli) Θεόμβροτος καὶ Κλεομένης, Θεομβρότου Δημήτριος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, Κλεομένους Τίμωρος Ἀλεξανδρεὺς καὶ Ἐχεκλῆς Εφέσιος. οὐδὲ μητὸς ἀλλὰ καὶ Ἐχεκλῆς Θεομβρότου διήκονσεν, οὐδὲ Μενέδημος, περὶ οὗ λέξομεν. ἐγένετο καὶ Μένιππος Σινωπεὺς ἐν αὐτοῖς ἐπιφανῆς: ecce tenemus Menippum Metroclis discipulum, Cynicum. Huius igitur vitam describere voluit Laertius vel eius auctor: quod consilium hac re luculenter adparet, quod de Menedemo post Menippum agit i. e. primum de Menippo Metroclis discipulo, dein de Menedemo Theombroti sectatore, qui Metroclem audiverat. Observavit igitur temporum ordinem. Iam vero cum materiem conquireret ad Menippi vitam conscribendam, Demetrium Magnetem usurpavit, qui hanc Menipporum seriem exhibet: γεγόνυσι δὲ Μένιπποι ἔξι· πρῶτος ὁ γράμμας περὶ Ανδῶν καὶ Ξάνθον ἐπιτεμόμενος, δεύτερος αὐτὸς οὗτος, τρίτος Στρατονικεὺς Κὰρ ζτλ. Demetrius autem ut consuevit, de morte Menippi Hermippum consuluit, qui ei narratiunculam illam suppeditavit, quae VI. 100 scripta extat. Verum ut difficilem illum Laertii locum expediamus: non fere plus quam duarum litterarum mutationem nobis sumimus et unius vocis supplementum, si hoc a Laertii manu profectum esse conicimus: τοῦ Μελεάγρου τοῦ καὶ αὐτοῦ γενομένου κυνικοῦ. Seduntur igitur hac ratione omnes turbae, quas Nauckius excitavit.

Consentimus autem de Hermippi aetate prorsus cum Prelero, qui eum paullo post annum 204 a. Ch. scripsisse statuit. Quem terminum ut arctioribus circumscribamus finibus, hanc habeas scriptorum seriem, qui ita inter se secuntur:

Hermippus post 204 scripsit.

Sotion ante Heraclidem Lembum floruit, qui eius διαδοχᾶς in artum coegit.

Satyrus Aristarchi discipulus ante eundem Heraclidem Lembum floruit.

Hi tres scriptores indices vitis philosophorum subiunxerunt diversum quisque consilium secuti. Hermippus enim Callimachios indices integros ut videtur recepit. Sotion autem eidem Peripateticorum cui Hermippus scholae addictus indices singulatim examinavit, correxit, a spuriis, quantum potuit, liberavit, nova bibliothecae incrementa notavit et addidit. Satyrus vero si recte video βίους suos esse voluit ἀντιγραφὴν πρὸς Ἐρμίππου βίους: ac princeps conatus est κριτικώτατος Aristarchei ingenium probans ad omnia Diogenis et Aristippi libros ἀθετήσεως signa adponere. Qua in iudicii severitate convenit ei saepius cum Panætio Cratetis discipulo — qui etiam de Anaxagora ut notissimi dicti γέδειν ὅτι θνητὸν ἐγέννησα auctore consentiunt conf.

La. II. 13. Plut. de ira coh. II. p. 463 Wytt. Aelian. V. H. III. c. 2. — qui Pergamenos φιλοσόφων πύραυλας confecisse videtur: cuius κανόνα de dialogis Socratis iam attigimus. Confer. Plut. Cimon. p. 431. Plut. Arist. vit. p. 335^c. p. 319^a. Athen. 556^b Arist. Ran. Schol. 1539. Anthol. I. 44. 4. Erraverunt, qui tales adnotaciones ad Panaetii περὶ αἰρέσεων librum referabant: quoniam quidquid hoc titulo περὶ αἰρέσεων insignitum erat veluti Theodori Clitomachi Panaetii Eratosthenis Hippoboti Apollodori scripta, non ad philosophiae historiam, sed ad ipsam philosophiam pertinere probare possum, hoc loco non probo. Ultimo loco inter scriptores, qui rei pinacographicae operam navarunt, habendus est Sosicrates incertae actatis sed idem ante Demetrium Magnetem. Fortasse est Alexandrinus ille Academicus, cuius mentio fit ut Aristonis Alexandrini discipuli in altera coll. voll. Hercul. I. p. 183.

IV.

De Demetrio Dioclis fonte.

Eandem, quam Valentinus Rose et Scheurleerus probarunt, sententiam nos quoque amplectimur, omnes illos homonymorum indices in Laertii historia extantes ex uno fonte desumptos uni Demetrio Magneti vindicandos esse auctori. Restat quidem scrupulus ex quodam octavi libri loco natus, quem nemo adhuc probe expedivit quemque opus est expediamus, ne totius sententiae fides auferatur. VIII. 46 γεγόνασι δὲ Πνθαγόραι τέτταρες περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνον τοῦ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχοντες. εἰς μὲν Κροτωνιάτης τερανικὸς ἄνθρωπος, ἔτερος Φιλίασιος σωματικῆς [ἀλειπτῆς ὡς φυσί τινες], τρίτος Ζακύνθιος, τέταρτος αὐτοὶς οἶτος οὗ φυσιν εἶναι τάπορογητα τῆς φιλοσοφίας [αὐτῶν διδάσκαλος], ἐφ' οὗ καὶ τὸ Αὔτος ἔφα παροιμιακὸν εἰς τὸν βίον ἤλθεν. Οἱ δὲ καὶ ἄλλον ἀνδριαντο ποιὸν Ρηγῖνοι γεγονέραι φασὶ Πνθαγόραν, πρῶτον δοκοῦντα ἐνθμοῦ καὶ συμμετρίας ἐστοχάσθαι καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Σάμιον καὶ ἔτερον ὅπτορα μοχθηρὸν καὶ λατρὸν ἄλλον τὰ περὶ κῆλης γεγονέραι καὶ τινα περὶ Ομήδουν συντεταγμένον καὶ ἔτερον Δωρικὰ πεπραγματευμένον ὡς Διονύσιος ἴστορες. En rem valde mirabilem! Duos diversos deprehendimus cognominum Pythagorarum indices, hunc sex Pythagoras, illum quattuor continentem. Vtrum ad Demetrii revocabimus memoriam? At quanta fide omnino est probatum alterum utrum ex hoc quem significavimus fonte fluxisse? Quid? Demetriumne in quatuor primis Pythagoris constitisse notandis putabimus eoque prodiiisse sociudiae, ut sex neque ei ignobiles exciderent? An

hoc forte maiore cum probabilitatis specie cogitari potest, eum his sex solis locum in indicibus consignasse atque ipsum philosophum neglexisse? Minime quidem: ab his duabus viis eisdem fere rationibus avocamus. Ergo neque hic neque ille index Demetrio imputandus est? Ergo aliunde sumpti sunt? At si hoc semel factum est, qua audacia negabimus id non saepius fieri potuisse. Iam vero nonne factum est de illus sententiae fide, quam professi sumus? An his in rebus enodandis temerius progressi sumus?

Ac primum in priore illo indice plura neque obscura adparent vestigia, quae nos de Demetrio auctore cogitare vetant. Si quidem eius *πραγματείαν περὶ ὁμωνύμων* constat homines litteratos amplexam esse — id quod totius libri titulo, qui aetatem tulit, probatur — quid, quae a tali consilio magis abhorret, quam quod in hoc priore indice etiam *Πνθαγόρας τυραννικὸς ἀνθρώπος* refertur nullis litteris vel artibus notus. Neque minus est alienum, quod tertio loco adfertur *Πνθαγόρας Ζακύνθιος*. Dissidet enim a Demetrii more eiusque libri consilio quod excepta patriae notatione omnia desiderantur, quae iure requiruntur, litterarum dico genus, quod excoluit, libri, quibus inclaruit, aetas, qua floruit. Ille Pythagoras Zacynthius erat *μουσικός*: optime. At dici debuit. Item poscimus, ut de litterarum illius *σωμασκητοῦ* fama aliquid indicetur: quoniam nemo nisi monitus *σωμασκητήν* litteratum fingere solet animo. Quid quod Laertius ipse excerptor ille in aliis rebus neglegentissimus non sibi induxit tamē neglegentiam: caveamus igitur, ne eam Demetrio imputemus. Denique nunquam non fuisse offensioni confiteor, quod hi quattuor Pythagorae, qui priore comprehenduntur indice aequales dicuntur. Temporum igitur affinitas, non litterarum fama eum, qui hunc confecit indicem, movit, ut illos quattuor uno simul loco poneret. Vnde sponte intellegitur, cur *τυραννικὸς ἀνθρώπος* et *σωμασκητής* huic ordini inserti sint: item est apertum, cur patriae designatio hac in serie omitti debuerit. Vt enim paucis defungar verbis: non tenemus Pythagoras omnium temporum litteratos, sed nobiles coetaneos cognomines philosophi. Itaque evicisse videmur non cogitandum esse de Demetrio huius prioris indicis auctore. Quamquam id pro certo habemus in genuino Demetrii indice neque philosophum neque musicum defuisse Pythagoram neque forte *σωμασκητήν*, cuius *ἀλειπτικὰ συγγράμματα* Iamblichus de Pythagora c. S. memorat.

Iam eo devenimus, ut alterius indicis fidem et auctoritatem examinemus. Qui duos statuarios, unum rhetorem, unum medicum, duos complectitur historicos. Quorum in enumeratione ea observatur lex, ut eiusdem litterarum generis homines eidem

loco adsignentur. Quam legem in plurimis Laertii homonymorum indicibus licet dispicere. Si igitur ad formam huius indicis spectamus, eum cum Demetrianis valde congruere non negabimus. In hac sola re adhuc haeremus, quod ille tantopere a Demetrii eruditionis copia abhorret, ut neque musici neque ipsius philosophi mentio fiat. At non est, cur haereamus, dummodo verba, quibus ille index incipit, recte interpretetur: *οἱ δὲ καὶ ἄλλοι — φασὶ Πυθαγόραν*. Laertius igitur hos solos Pythagoras ex altero indice enotavit, quorum in priore nondum mentio facta erat: ita ut alterum indicem non possimus in pristinam formam revocare nisi nominibus Pythagorae philosophi, musici, aliorum e priore suppletis. Vt enim dicam, quod sentio: quo iure priorem indicem nihil cum Demetrio commune habere probatum est, eo alter index eidem est adiudicandus. Iam quaestio nos manet, unde tandem ille prior desumptus esse videatur.

Ne in hac quidem re Laertius nos destituit: qui cum alterius indicis ultimum Pythagoram τὸν Δωρικὰ πεπραγματευμένον memoraverit, nullo verbo interiecto in hunc modum pergit: Ἐρατοσθένης δέ φησι, καθὸ καὶ Φαβωδῆνος ἐν τῇ δύδῃ παντοδαπῆς ἴστορίας παρατίθεται τοῦτον εἰναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεῖσαντα ἐπὶ τῆς δύδοης καὶ τετταρακοστῆς δλυμπιάδος κομήτην καὶ ἀλονογύΐα φρονῆντα. ἐκκριθῆναι τε ἐκ τῶν παιδῶν καὶ χλενασθέντα αντίκα προσβῆναι τοὺς ἄνδρας καὶ νικῆσαι. δηλοῦν δὲ τοῦτο τονπίγραμμα κτλ. Quid? Favorinumne putemus Pythagoram τὸν Δωρικὰ πεπραγματευμένον clarissimum suisse pugilem censuisse? Minime quidem: qui secundo adjuti casu disertum Laertii tenemus testimonium Favorinum in omnigena historia de Pythagora philosopho athletarum nutritore narrasse VIII. 12. Λέγεται δὲ καὶ πρῶτος κρέασιν ἀσκῆσαι ἀθλητὰς — καθάπερ ὁ αὐτὸς Φαβωδῆνος ἐν δύδῃ παντοδαπῆς ἴστορίας φησίν. οἱ δὲ Πυθαγόραν ἀλείπτην τινὰ τοῦτον σιτίσαι τὸν τρόπον, μὴ τοῦτο. Qua igitur ratione Laertiani loci sedandae sunt turbae? Nihil simplicius: dummodo concedas Eratosthenis de primo pugile Pythagora testimonium a Laertio ex Favorini παντοδαπῇ ἴστορίᾳ petitum esse: id quod apertis verbis indicatur. Idem autem Favorinus in hoc, quem diximus libro etiam indicem nobilium Pythagorarum dederat: sicut ex illo Gellii capite discimus, quod supra tractavimus, XIII. VI. 3: »At quae ibi scripta erant pro Iuppiter mera miracula! quo nomine fuerit, qui primus grammaticus appellatus est, quot fuerint Pythagorae nobiles, quot Hippocratae.«

Iam vero ille prior homonymorum index, in quo diversae originis sat adparent vestigia, nomine Pythagorae philosophi finitur illius quidem, cuius gymnasticas et athleticas artes Fa-

vorinus effert, interposito illo altero indice. In promptu est, quo tendam: neque quisquam, si haec omnia reputaverit, nobiscum facere dubitabit. En igitur originem totius loci tabula, ut soleo, expressam:

fons A: index homonymorum I ex Favorino desumptus.

fons B: index II ex Demetrio petitus.

fons A: Ἐρατοσθένης δέ φησι, ὡς καὶ Φαβωδῖνος κτλ.

Hoc ipso igitur Laertii loco, quo primum totius disputationis fundamentum destrui videbatur, iam pro bono et strenuo utimur nostrae caussae patrono. Nihil enim apertius, quam Laertium semel et contra consuetudinem duos e diversis haustos fontibus deditis indices, hunc quidem inde desumptum, unde omnes ceteros depropmisit indices, illum ex Favorini omnigena historia. Favorinus autem non enumeraverat omnes Pythagoras, sed ut Gellii verbis probatur nobiles tantum et aequales. Quamquam autem nonnulli ex nobilium numero etiam litterarum laude florabant, certo tamen non omnes litterati erant nobiles eidem. Iam in aperto est, cur Favorinus in quattuor solis Pythagoris notandis substiterit atque in hanc seriem etiam τυγαννικὸν ἄνθρωπον illum iniecerit. Vltimo loco Favorinus philosophum posuit eundem pugilem athletamque.

Iam videamus, quae sint ex probatis conjectaria. Cum duorum indicum prior Favorino tanta confidentia vindicandus sit, quanta alter ab iudicandus, cum hic alter cum aliis apud Laertium omnibus tantopere concinat, quantopere prior ab eis recedat: hos ipsos omnes indices facere non possumus, quin ex Favorino non esse haustos statuamus, certe non e Favorini omnigena historia. Minimum enim sumere malimus, quam temeraria conclusione certae rationicationis viam derelinquere. Eis igitur separatim respondebimus, qui rationibus nostris concessis de Favorino indicum auctore cogitare non desinunt. Qui unam sibi viam munire possunt neque hanc tutissimam. »Esto, inquit, quod tibi videtur. Id restat, ut Laertium dicamus indices ex Favorini ἀπομνημονεύμασι desumpsisse. Neque nosmet hac in re testimonio sumus destituti I. 79 γέγονε καὶ ἔτερος Πιττακὸς νομοθέτης, ὡς φησι Φαβωδῖνος ἐν ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ καὶ Δημήτριος ἐν δύων μοισι. δέ καὶ μικρὸς προστηγορεύθη. Id quidem lubentissime concedo Favorino homini »memoriarum veterum exsequentissimo« Demetrii Magnetis librum et notum et usurpatum fuisse. Hoc existimo nihil tanto opere ab ἀπομνημονευμάτων notione, quam veteres observaverunt, abhorre, quanto indicem homonymorum atque omnino indicem quemlibet. Semper enim tenendum est, usum i. e. χρείαν et commemorationem i. e. ἀπομνημόνευμα solo ambitu, non notione inter se discrepare. Priscianus in praeeexcit. Keil III.

p. 433 »interest autem inter usum et commemorationem hoc quod usus breviter profertur, commemorationes vero, quas Graeci ἀπομνημονεύματα vocant, longiores sunt«. Ac profecto quis est, qui indicem insertum vel Xenophontis Memorabilibus vel Valerii Maximi animo informare possit? Ex aliorum autem ἀπομνημονευμάτων reliquiis, quae aetatem tulerunt velut ex Sereni, quas Ioannes Stobensis servavit, nemo aliam sibi informabit imaginem atque nosmet fecimus. Quae si recte disputavimus, actum est de Favorino indicum cognominum fonte.

Eo igitur redimus, ut duas solas patere vias iudicemus, quibus illi indices in Laertium irreperere possint. Aut enim e Demetrii Magnetis libro iam Diocles Magnes agros suos irrigaverat: quem Laertius descripsit. Aut ipsi Laertio in vitis contextendis praesto fuit Demetrii volumen. Iam quaerendum est, utra sententia proprius ad veritatem accedat: atque inde proficiendum, ubi pedes in primo capite consistere iussi.

Quantum Laertius Diocli deberet, ibi dictum est magis divinare licere quam certis circumscribere finibus. Iam ulti progediendum est, postquam de altero Laertii fonte, quem ipse exhausit, certiorem nancti sumus cognitionem, Favorini dico variam historiam et ἀπομνημονεύματα. E quo videmur effecisse Laertium complura sumpsisse adnotamenta veluti inventa, facetias, alia, quibus vitas philosophorum tamquam interpolaret. Non vero Favorinus praecipuarum partium ut indicum, cognominum, placitorum, vitarum, fons habendus est. Quod de homonymorum tabulis hoc capite probatum est. Cum vero is, qui has, quas diximus tabulas e Demetrii volumine in usum suum convertit, cum librorum indices tum eas vitarum partes, quas proximo capite Demetrio vindicavimus, simul e Demetrii volumine depropserit: in hac quaestione tamquam cardo totius disputationis vertitur, utrum Demetrii volumen ipsi Laertio praesto fuerit an Diocli.

Dioclis autem liber singularum disciplinarum placita amplexus est: id quod de Stoicorum et Epicureorum placitis primo capite demonstravimus, certa vero ratione etiam de ceteris sectis sumendum est. Quod hanc ob caussam pro certo affirmaverim, quod non potest dignosci, unde Laertius philosophorum sententias haurire potuerit nisi ex Dioclis libro. Cur enim eas non e Favorini sumere putuerit, in promptu est. Ut autem ponamus, Laertium Demetrio ipsum esse usum: hic certo eum in talibus rebus, quae a libri περὶ ὅμωνιμων consilio satis abhorrent, destituit. Accedit, quod de alio Laertii fonte nihil habemus exploratum: immo mox adparebit eum non posse alias usurpasce scriptores. Dioclem vero constat ei Epicureorum et Stoicorum doctrinam suppeditasse: idem de Cynicorum placitis

statuendum est VI. 103 προσυπογράψομεν δὲ καὶ τὰ κοινῆ ἀρέσκοντα αὐτοῖς — ἀρέσκει οὖν αὐτοῖς — καὶ ὅπερ τινὲς ἐπὶ Σωκράτοντς, τοῦτο Διοκλῆς ἐπὶ Διογένους ἀναγράφει τοῦτον φάσκων λέγειν. δεῖ ζητεῖν

ὅτι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.
παραιτοῦνται δὲ καὶ τὰ ἔγκυρα μαθήματα κτλ.

Sed etiam in aliorum placitis certa Diocleae originis deprehenduntur vestigia. Quin adeo Diocles ipsius fontem nonnumquam licet detegere. Veluti haec omnia, quae adscribam Diocles sunt: id quod concedendum est, cum hoc in primis loco manifestum Diocles in Stoicos odium, in Epicurum studium prodatur. VII. 181. καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Ἀθηναῖς ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν δογμάτων βουλόμενος παριστάνειν ὅτι τὰ Ἐπικούριαν οἰκείᾳ δινάμει γεγραμμένα καὶ ἀπαράθετα ὅντα μνημόνιῳ πλειόνεστι τῶν Χρυσίππου βιβλίων φησὶν οἵτις αὐτῇ τῇ λέξει. Εἰ γάρ τις ἀφέλοι τῶν Χρυσίππου βιβλίων δοσ' ἀλλότρια παρατέθειται, κενὸς αὐτῷ δὲ χάρτης κατακελεύφεται· καὶ ταῦτα μὲν Ἀπολλόδωρος. ἥδε παρεδρεύοντα πρεσβύτις αὐτῷ ὡς φησι Διοκλῆς, ἔλεγεν ὡς πεντακοσίους γράφει στίχονς ἡμερησίους. Hic Apollodorus Epicuri probavit disciplinam: quare Diocles ad eius auctoritatem etiam in Ἐπικούριον ἀπολογίᾳ, quam decimo libro contra Sotionem scripsit, provocavit X. 10 καὶ χαλεπωτάτων καιρῶν κατασχέντων τηνικάδε τὴν Ἑλλάδα, αὐτούθι καταβιώναι δίς ἦ καὶ τοῖς τοὺς περὶ τὴν Ἰωνίαν τόπους διαδραμόντα πρὸς τοὺς φίλους, οἱ καὶ πανταχόθεν πρὸς αὐτὸν ἀφικνοῦντο καὶ συνεβίσσων αὐτῷ ἐν τῇ κήπῳ, καθά φησι καὶ Ἀπολλόδωρος. ὃν καὶ ὄγδοοήκοντα μνῶν πρὸτεροῦ. Διοκλῆς δὲ κτλ. Denique alio eiusdem libri loco simpliciter appellatur Ἐπικούρειος: ita ut ab altero Apollodoro Atheniensi, chronicorum scriptore aperte distinguitur. X. 13 τοῦτον [Ἐπικούρον] Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς Νανοιφάνοντς ἀκοῦσαι φησι καὶ Πραξιφάνοντς. αὐτὸς δὲ οὖν φησιν — (Leucippum philosophum extitisse) οὗτε Ἐρμαρχος, ὃν ἔνιοι φασι καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἐπικούρειος διδάσκαλον Ἀημοκρίτον γεγενηθεῖν. Quod contra Zumptium p. 106 über den Bestand der Philosophenschulen etc. dixi hos diversos Apollodoros miscentem, quorum alter Epicuri, alter Zenonis sectatus est disciplinam. Quo in errore ille nescius Laertii exemplum imitatus est.

Iam in promptu est, quo iure ad eundem Apollodorum Epicureum referam I. 60. τοῖς τε ἀνθρώποις συνεβούλευσεν, ὡς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ τῶν φιλοσόφων αἰρέσεων τάδε· καλοκαγαθίαν ὅρκον πιστούέραν ἔχει et quae alia secuntur Solonis praecepta. Eadem vel simili formula usus est Laertius vel ut iam licet dicere, Diocles I. 87. συνεβούλευσε δὲ ὡδε (Βίας) I. 92 συνεβούλευε (Κλεόβονλος). Neque dubito,

quin idem Apollodorus intellegendus sit II. 2 τῶν δὲ ἀρεσκόντων αὐτῷ πεποίηται κεφαλαιώδη τὴν ἐκθεσιν, ἥπερ περιέτυχε καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθῆναιος. At διωνυμίᾳ falsus Laertius sic pergit: "Ος καὶ φησιν αὐτὸν ἐν τοῖς χρονικοῖς τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς πεντηκοστῆς ὅγδοης δλυμπιάδος κτλ. De Apollodoro Epicureo conf. La. X. 25. Quos vero auctores Diocles praeter Apollodorum usurpaverit in vitis philosophorum enarrandis, non simili confidentia eruere possum. Panaetium, Clitomachum, Meleagrum, Hippobotum nomino, qui omnes περὶ αἰρέσεων scripserunt atque in his Laertii partibus, quas Diocli vindicavi, excitantur.

Iam ad hanc observationem animum advertas, persaepe placita philosophorum apud Laertium arte quodam vinculo cum scriptorum indicibus cohaerere: cuius rei exempla haec consignata habeas:

III. 47. Φιλοπλάτων δέ σοι δικαιώς ὑπαρχούσῃ καὶ παρ' ὄγκιον τὰ τοῦ φιλοσόφου δόγματα φιλοτίμως ζητούσῃ ἀναγκαῖον ἡγησάμην ὑπογράψαι καὶ τὴν φύσιν τῶν λόγων καὶ τὴν τάξιν τῶν διαλόγων καὶ τὴν ἔφοδον τῆς ἐπαγωγῆς ὡς οἶον τε στοιχειωδῶς καὶ ἐπὶ κεφαλαίων πρός τὸ μῆδ ἀμοιρεῖν αὐτοῦ τῶν δογμάτων τὴν περὶ τοῦ βίου συναγωγὴν κτλ.

V. 28. καὶ τοσαῦτα μὲν αὐτῷ πεπραγμάτευται βιβλία [Ἄριστοτέλει] βούλεται δὲ ἐν αὐτοῖς τάδε κτλ. 34. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα περὶ πολλῶν ἀπεφήνατο, ἥπερ μακρὸν ἄν εἴη καταριθμεῖσθαι. τοῖς γάρ διοις φιλοπονώτατος καὶ εὐρετικώτατος ἐγένετο ὡς δῆλον ἐκ τῶν προγεγραμμένων συγγραμμάτων.

VII. 38. ἔστι μὲν οὖν αὐτοῦ (Ζήνωνος) καὶ τὰ προγεγραμμένα βιβλία πολλὰ, ἐν οἷς ἐλάτησεν ὡς οὐδεὶς τῶν στωικῶν. τὰ δὲ δόγματα κοινῶς ἔστι τάδε κτλ.

VIII. 9. ἐν δὲ τοῖς τρισὶ συγγράμμασι τοῖς προειρημένοις φέρεται Πινθαγόρον τάδε καθολικῶς κτλ.

IX. 6. τοσαύτην δὲ δέξαι ἔσχε τὸ σύγγραμμα, ὡς καὶ αἱρετιστὰς ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι τοὺς κληθέντας Ἡρακλείτε'ον. Ἐδόκει δὲ αὐτῷ καθολικῶς μὲν τάδε.

X. 45. καὶ ταῦτα μὲν αὐτῷ ἐδόκει. τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θράσινος ἀναγέγραψε κατὰ τάξιν οὐτως ὡσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος κατὰ τετραλογίαν.

X. 28. Epicuri index. Ἐπιτομὴν δὲ αὐτῶν εἰ δοκεῖ ἐκθέσθαι πειράσμωι τρεῖς ἐπιστολάς αὐτοῦ παραθέμενος κτλ.

Veri est simillimum, hanc conectendi rationem a Diocle transiisse ad Laertium: id quod argumento confirmatur, quod vinci nequeat. Inter Epicuri enim indicem et placita, quae Diocli restitui auctori, intercedit mira sane congruentia. Non enim omnes Epicuri libri recensentur, sed electi, cum totus numerus

omnes philosophos excepto Chrysippo superaverit. Electi autem sunt XLIV. Is vero, qui doctrinam Epicuri exposuit, ad viginti eius libros saepius provocavit: qui omnes ex illorum XLIV numero sunt. Concedas sane ex CCC Epicuri libris optimos eligere esse docti et in Epicureorum litteris diu versati hominis: iure nostro iam conligimus eum, qui electorum indicem confecit et qui doctrinam docte et subtiliter exposuit unum esse eundemque. Atqui doctrinam exposuisse docuimus Dioclem Magnetem. Ergo idem indicem confecit.

Iam uno certo testimonio effecimus extitisse iam in Dioclis libro indices: id quod res ipsa suadet. Accedit autem alterum argumentum. Cum indices constet uni Demetrio Magneti deberi, excipiendi sunt Platonis et Democriti, quos Thrasyllus Platonicus Tiberii familiaris confecit. Thrasyllo autem Diocles usurpavit, non misellus ille Laertius.

Iam vero in eo est, ut imaginem, quam mihi de Laertii fontibus informavi, distinete possim depingere. Laertius igitur duobus omnino scriptoribus usus est, Favorino et Diocle. Dioclis librum in artum coegit interpositis nonnullis de Favorino deceptis narratiunculis. Ut igitur brevissime loquar: Laertius est Dioclis *επιτομὴ*.

V.

De ceteris Dioclis fontibus.

Hanc totam de Laertii fontibus disquisitionem a certa quadam consideratione profecti incohavimus, quae si ab his qui in talibus rebus sapiunt reprobatur, operam nostram necessario prorsus frustratur. Quod non est verendum, dummodo concedatur nostrum de Laertio scriptore iudicium.

Multum enim abest, ut Laertius ipse ad fontes radicesque in historia philosophorum componenda redierit: unde res litterariae homini quidem historiam ad criticam artem exigenti de promendae erant, non excerptori tertii p. Chr. saeculi. Luculentis vero testimoniorum probatum est ei ad manus fuisse historica nonnulla quae vocant compendia. Quod vero in proximi capitilis fine statui Dioclem et Favorinum solos esse eius fontes, non video qua ratione aliorum iudiciis probem nisi talibus compendiis, quotquot apud Laertium excitata extant, una tabula consignatis.

*'Αλεξανδρος ἐν ταις διαδοχαις
'Αριγορος ἐν βίοις*

Ἀντισθένης ἐν ταῖς διαδοχαῖς
 Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς
 Ἀρίστιππος περὶ παλαιᾶς τρυφῆς
 Αἴγιμητροις Μάγης ἐν τοῖς ὅμωνυμοις
 Διοκλῆς ἐν βίοις φιλοσόφων
 Ἡρακλεῖδης ἐν ἐπιτομῇ Σωτίωνος
 ἐν ἐπιτομῇ Σατύρου
 Τερώνιμος ἐν βίοις
 Ἰππόβιτος ἐν τῇ τῷν φιλοσόφων ἀναγραφῇ
 Νεάνθης ἐν βίοις
 Σάτυρος ἐν βίοις
 Σωτίων ἐν διαδοχαῖς
 Σωσικράτης ἐν διαδοχαῖς
 Φαβωδῖνος ἐν παντοδαπῇ ἴστοριᾳ
 ἐν ἀπομνημονεύμασι.

Quarto capite Demetrium non ipsi Laertio sed Diocli ad manum fuisse docuimus: prioribus autem disputationibus aperatum est, unde Demetrius doctrinam suam multifariam colligerit. Removendi igitur ex illa tabula sunt Demetrius eiusque auctores Antigonus, Apollodorus, Heraclides, Neanthes, Satyrus, Sotion, Sosierates, Hieronymus.

Neque aliter de Aristippo περὶ παλαιᾶς τρυφῆς statuendum est: de quo haec scripsit Valentinus Rose in comment. de ordine etc. p. 114 »Aristippi nomine hominis luxuria famosi librum insigniebant« secutus ille Luzaci iudicium. Quae sententia valde adridet: nihilominus examinemus, quae ex illo libro afferantur. Quid quod V. 3 hic Aristippus de Aristotelis amoribus testis excitatur. Si vero fingimus fraudatorem, quanta eum putabimus fuisse socordia et ignorantia, ut tales errores Aristippo commenticio ingereret. Accedit argumentum ex VIII. 60 depromptum. ήν δ' ὁ Πανσανίας ὡς φησιν Ἀρίστιππος καὶ Σάτυρος, ἐρώμενος αὐτὸν (Ἐμπεδοκλέοντς). De hoc citandi genere conf. Prellerus ad Polem. p. 146. Mercklinus in Fleckeiseni Annal. Suppl. III. p. 650. O. Iahnus in Mus. Rhen. IX. p. 629.

Narrantur igitur illa aut ab Satyro, qui Aristippum descripsit; aut ab Aristippo, qui ex Satyro hausit. Quod ut sumamus: Aristippus erat iunior Satyro ideoque ab Aristippo Socratico sive vero sive ficticio diversus ὅμωνυμός τις. Non enim cogitari potest in libro Aristippo supposito nomen Satyri Alexandrini usurpatum esse. Ut vero primum sumamus; Satyri fontem fuisse illum περὶ παλαιᾶς τρυφῆς librum: certo in nullo Aristippi librorum indice hic titulus invenitur. Vnde elucet Satyrum eum spurium habuisse itaque ad Aristippi auctoritatem non potuisse provocare: aut de alio cogitasse Aristippo nulla re nisi nomine cum Socratico conveniente. Iterum igitur ad

Aristippum δμωνυμον ratiocinando deducimur: quare evolvamus Demetrii indices. In quibus haec scripta extant τέταρτος (*Ἄριστιππος*) δ ἐκ τῆς νεωτέρας ἀκαδημίας. Hic igitur erat libri περὶ παλαιᾶς τρυφῆς auctor, quem tribus prioribus δμωνύμοις nequaquam possumus imputare: id quod Bergius quoque nuperrime affirmavit in poet. lyr. ed. III. p. 617.

Aristippus autem Academicus in primo libro de Periandro et Hermia Atarnensium tyranno tradidit, in quarto de Socrate, Xenophonte, Platone, Polemone, Theophrasto, Empedocle: Quare perspecta libri imaginem in hunc modum resingimus

Περὶ παλαιᾶς τρυφῆς

- α περὶ τρυφῆς βασιλέων καὶ τυράννων
- β περὶ τρυφῆς δητόρων?
- γ περὶ τρυφῆς ποιητῶν?
- δ περὶ τρυφῆς φιλοσόφων.

Vltimo vero capite demonstrabitur hunc librum Demetrio non solum notum, sed ad manus fuisse.

Simili modo etiam Hippobotus inter Demetrii auctores habendus est: cuius nomen saepius coniunctum cum Demetrio et eius fontibus hanc in rationem usurpat IX. 40 δ δὲ Αημήτριος — ταῦτα δὲ καὶ Ἰππόβοτός φησι. V. 90 ὡς Αημήτριος Μάγνης ἐν δμωνύμοις — ταῦτα δέ φησι καὶ Ἰππόβοτος. Ἐρμιππος δὲ — IX. 115 ὡς δὲ Ἰππόβοτός φησι καὶ Σωτίων. VIII. 69 Ἐρμιππος δὲ φησι — Ἰππόβοτος δὲ φησι — IX. 5 Σωτίων δὲ φησι — τοῦτο δὲ καὶ Ἰππόβοτός φησι. Certius argumentum, quam hoc sola ex citandi ratione depromptum, dabitur, ubi etiam de Aristippo Demetrii fonte diiudicabitur.

Restant in illa tabula duo nomina, Antisthenis et Alexandri. Si priorem Antisthenem ita coniunctum cum Demetrio videmus IX. 35 φησὶ δὲ Αημήτριος ἐν δμωνύμοις καὶ Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς: eadem suspicio exoritur, quam de Aristippo et Hippoboto modo indicavimus. Ut igitur ponatur Antisthenem e numero Demetrii fontium esse: opus est eius in δμωνύμων indicibus mentio facta sit. VI. 19 γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Ἀντισθένεις τρεῖς. Ἡρακλείτειος εἰς, ἔτερος Ἐφέσιος καὶ Ρόδιος τις ἴστορικος. Atqui C. Muellerus et Scheurleerus Rhodium scriptorem πολιτικὸν Polybii aequalem et adversarium ab hoc successionum scriptore secreverunt. Fuerit igitur idem cum Ephesio.

At antequam hoc concedamus, acrius investigandum est, qua ratione Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς apud Laertium excitetur. Observamus autem eius testimonium saepius opponi Demetrii Magnetis auctoritati veluti IX. 27 Αημήτριος δέ φησιν ἐν τοῖς

δμωνύμοις τὸν μυκηῆα αὐτὸν ἀποτραγεῖν. Ἀντισθένης δὲ ἐν ταῖς διαδοχαῖς φησι κτλ. VI. 87. 88 Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς — ἔξαργνοις σάμενόν τε τὴν οὐσίαν — ἀθροίσαντα πρὸς τὰ ἔκατον διακόσια τάλαντα τοὺς πολίτας ἀνεῖπαι ταῦτα — φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Μάγης τραπεζίῃ τινὶ παρακατατίθεος τὸ ἀργιόν τον συνθέμενον, εἰ μὲν οἱ παῖδες ἰδιῶται γενηθεῖεν αὐτοῖς ἀποδοῦνται. εἰ δὲ φιλόσοφοι, τῷ δῆμῳ διανείμαι. IX. 39 νόμου δὲ ὅπτος τὸν ἀναλώσαντα τὴν πατρῷάν οὐσίαν μὴ ἀξιοῦσθαι ταφῆς ἐν τῇ πατρίδι, φησὶν δὲ Ἀντισθένης, συνέτριτα (Δημόκριτον) μὴ ἵπενθυρος γενηθεὶη πρὸς τινῶν φθονούντων καὶ σικοφαντούντων, ἀναγγῶνται αὐτοῖς τὸν μέγαν Διάκοσμον, ὃς ἀπάντων τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων προέχει. καὶ πεντακοσίοις ταλάντοις τιμηθῆναι, μὴ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ χαλκαῖς εἰκόσι. καὶ τελευτῆσαντα αὐτὸν δημοσίᾳ ταφῆναι βιώσαντα ὑπὲρ τὰ ἔκατον ἔτη. ὁ δὲ Δημήτριος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ φησὶν ἀναγγῶνται τὸν μέγαν Διάκοσμον, ὃν μόνον ἔκατον ταλάντων τιμηθῆναι. Hac igitur observatione innisi etiam testimonium primo loco adlatum IX. 35 φησὶ δὲ Δημήτριος ἐν δμωνύμοις καὶ Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς ita interpretamur, ut consensum putemus significari duorum scriptorum, qui ceterum diversam exhibuerint memoriam. Iam vero mittimus illum obscurum Ephesium et cogitamus de alio Antisthene, qui post Demetrium floruit.

Atqui Phlegon in Mirab. 3 provocat ad Antisthenem Peripateticum quandam. Quem eundem esse, qui apud Plin. in nat. hist. XXXVI. 12 excitetur, probare possum. Quo loco omnes, qui de pyramidibus scripserunt, hi recensentur »Herodotus, Eumenius, Duris Samius, Aristagoras, Dionysius, Artemidorus, Alexander Polyhistor, Butorides, Antisthenes, Demetrius, Demoteles, Apion«. Hos rectissime C. Muellerus chronologico ordine sequi statuit: unde Antisthenem de pyramidibus i. e. de mirabilibus scribentem adparet inter Alexandrum Polyhistorem et Apionem Tiberii aequalem floruisse. Demetrium enim illic excitatum nemo confundat cum Magnete: immo idem est, qui Athenaco teste p. 680^a περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον scripsit. De quo ut in transitu moneam, mirum in modum ab hominibus doctis erratum est ut a Dalecampio in auct. ind. ad Athen. et a Schweighaeusero vel a C. Muellero III. p. 208. Cogitaverunt enim hic de Demetrio Scepsio, ille de Demetrio Byzantio, tertius de illo Demetrio, qui sub Ptolemaeo Philopatore floruit et ab Alexandro Polyhistore compilatus est cf. pr. a. l. Clem. Alex. p. 146.

En igitur Antisthenem Peripateticum inter Alexandrum et Apionem florentem! Nonne hic est noster successionum scriptor, praesertim cum constet Peripateticos in primis hoc genus litterarum excoluisse velut Hermippum Peripateticum, Sotionem Peri-

pateticum: cum praeterea hoc e Laertio VI. 77 demonstrari possit eum non fuisse Stoicum, sed eis infensum.

Aperui igitur si recte video novum Dioclis fontem: nam quis est, qui hunc Antisthenem ab ipso Laertio esse usurpatum coniciat?

In tota tabula iam remanent Diocles, Favorinus, Alexander Polyhistor, quorum duos priores ipsi Laertio praesto fuisse scimus: tertius vero aut Demetrii aut Dioclis aut Laertii fons erat. Qua re in eum acrius inquirendum est.

Proficiscimur a philosophorum successionibus, quas Laertius secutus est. Mirum sane est, quod una Stoicorum successio ad ipsius Dioclis tempora perducta est, conf. ind. Laurent. in Herm. vol. I, aliarum vero sectarum multo ante interitum abrumpuntur. Quid quod nec Philo Larissaeus quartae Academiae auctor (v. Cic. Brut. 89. de nat. deor. I. 3, 6) nec Antiochus Ascalonites commemoratur, quem Cicero testatur politissimum fuisse et acutissimum omnium philosophorum. Neque hoc soli casui tribuam, quod Clitomachi mors non narratur. Atqui ipsius Laertii testimonio constat ad Carneadis vitam componendam adhibitum esse Alexandrum ἐν διαδοχαῖς. Alexander autem Polyhistor aequalis fuit huius Clitomachi, cuius mors non narratur.

In prooemio Laertii impugnantur Peripatetici Hermippus et Sotion, qui graecae philosophiae originem a barbaris repetiverunt. Talia enim studia Alexandriae efflorescebant, quibus postea Clemens Alexandrinus, Iustinus Martyr, Eusebius, Theodoretus optime adiuti sunt. Contra Alexandrinos exorsa est schola Pergamena e Stoicis quantum video composita. Stoici sunt Crates, Athenodorus, Panaetius, Alexander Milesius, Polemo, de quo erravit Prellerus p. 9. Veluti cum Alexandrinus Pythagorae praceptorum fuisse statuissent Pherecydem Syrium, Alexander Cratetis discipulus, qui διαδοχὰς suas ἀντιγραφὴν πρὸς Σωτίωνος διαδοχὰς esse voluit — ut Polemo Pergamenus Stoicus contra Istrum Callimacheum, Eratosthenem, Neanthem et Antigonus scripsit — Pherecydem audivisse Pittacum Mitylenaeum i. e. Graecum contendit. Iam in prooemio Laertii initia philosophiae a Graecis quamvis infirmis argumentis repetuntur. Cuius auctor non Peripateticorum sententiam professus Stoicum se prodit: cuius rei etiam hoc extat testimonium, quod Aristoni, ut Panaetius docuerat, abiudicantur omnia scripta praeter epistolas: item quod totius philosophiae in tres partes partitio Stoicum redolet, certe non Epicureum. — Iam hoc facile concedes prooemium a Laertio de Diocle esse haustum, quod uno sed certissimo docebo argumento: I. 21 haec scripta extant: ἔτι δὲ πρὸ διλύγον καὶ ἐκλεκτική τις αἱρεσις εἰσήχθη ὑπὸ Ποτάμων τοῦ Ἀλεξανδρέως ἐκλέξαμένον τὰ ἀρέσκον-

τα³⁾ ἔξ ἔκάστης τῶν αἰρέσεων κτλ. Si quis ingentem et fere ridiculam de his verbis sententiarum copiam — conf. Bruckerus — collegerit, quae hominibus doctis placuerunt, intelleget, quantum ille nimius Laertii suspectus studiis nocuerit. Nemo enim hoc sumpsit Laertium nonnunquam res verbotenus descripsisse, quae optime ad auctoris aetatem quadrarent, non ad Laertii. Potamonem constat Suidae testimonio Augusti Caesaris aetate floruisse. Diocles igitur iure dicere potuit et dixit *ἔτι δὲ πρὸ δλίγον*, non debuit Laertius. At fecit. Quorum similia iam in primo capite attigimus: addimus, quod Apollonides Nicaeensis, qui commentarios in Timonis sillos Tiberio Caesari dedicavit, a Laertio IX. 109 dicitur *ό πρὸ ήμων*, id quod Diocli dicere licuit, non licuit Laertio: nam quis non mirabitur, si quis dixerit »Scaliger, qui ante me floruit«. — C. Wachsmuthius quidem aliter iudicat, qui δι παρ' ήμων tuetur »municipem nostrum« interpretans: at hoc verba non significant. — Affinia exempla ex aliis eiusdem aetatis scriptoribus petita suppeditant Val. Rose in Anecd. gr. et gr. lat. p. 7. Arist. pseud. p. 712. Westph. ad Plut. de Musica p. 20 ss.

Prooemium igitur Diocli vindicandum esse perspeximus: obscurum autem adhuc est, cui Diocles plurimum debuerit. Non enim Epicureum hacc omnia sapiunt, sed Stoicum: ergo descripsit Diocles. Quem demonstravimus Demetrium Magnetem et Antisthenem Peripateticum usurpasse: sed ex duobus his illius prooemii lineae non possunt adumbratae esse. Requirimus igitur tertium Dioclis auctorem eumque Stoicum.

Hic est Alexander Polyhistor: si quidem Ἀλέξανδρος ἐν διαδοχαῖς is est, quem Polyhistorem vocare consuerunt veteres. Hoc quidem omnes praeter Reinesium coniecerunt, probavit nemo.

Alexander in διαδοχαῖς symbola Pythagoreorum ex eorum commentariis exhibuit: qua re conligimus eundem esse, qui a Clemente Alexandrino p. 131 Sylburg. ita excitetur Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Πνθαγορικῶν συμβόλων. Iam vero nullum Alexandrum scriptorem novit Clemens praeter Polyhistorem. At testimonium invenimus, quod rem conficit ap. Cyrill. ady. Iul. p. 133 extans Ἀλέξανδρος δι ἐπίκλην Πολυίστωρ ἐν τῷ περὶ Πνθαγορικῶν συμβόλων.

Iam omnes, ut ita dicam, partes singulis tributae sunt personis: nihil restat, nisi ut tabulae et imaginis artificio exprimainus, quod tot paginis explicare conati sumus. En igitur habe stemma tamquam genealogicum Laertii:

3) Sic cod. F. Cett. αἰρέσαιτα.

Laertius			
Favorinus	Diocles		
Antisthenes	Alexander	Demetrius	Magnes
		Hippobotus	
		Aristippus	
		Panaetius	
		Apollodorus	
		Sosocrates	
		Satyrus	
		Sotion	
		Neanthes	
		Hermippus.	

Iam nonnulla per saturam addam ad minores quaestiones expediendas pertinentia, quae in totius disquisitionis conexu et tenore non potuerunt locum habere.

Effulgescebat nuper mihi aliisque splendida illa spes ipsum quendum Laertii vel Dioclis fontem aetatem tulisse, cum prior novae coll. voll. Hercul. fasciculus ederetur. Continet enim reliquias libri, qui successionem Academicorum exhibuit usque ad Luculli mortem i. e. usque ad ipsum interitum huius scholae. Iam cognatio quaedam huius libri cum Laertio in aperto est: veluti collatis La. IV. 32 et Herc. vol. p. 179

*Κράτητος δὲ ἐκλιπόντος κατ- τὸν βίον ἐκλιπόντος
έσχε τὴν σχολὴν ἐκχωρήσαν- καθ' αὐτὸν ἐκχωρήσαντος
τος αὐτῷ Σωκρατίδον τινός αὐτῷ τῆς διατριβῆς Σω-
κρατίδον τινός.*

vel La. V. 91. Herc. vol. p. 170—173, La. IV. 19. Herc. vol. p. 175, La. IV. 22. vol. Herc. p. 176.

At tam mutila et truncata sunt omnia, praeterea ipsius repertoris socordia — conf. Minervinii praefat. — corrupta, ut ne Lynceo quidem contingat, ut ex his flosculis verborum vel syllabarum reconcinnare possit narrationis ordinem. Hoc tamen ex his miseris pannis elici potest errasse Spengelium in Philol. Suppl. vol. II. p. 535 ss., qui fontem Laertii primarium sibi detexisse visus est. Neque ille liber Laertio neque Diocli praesto fuit: id quod demonstratum est, si docuerimus eum esse neque Antisthenis Peripatetici neque Alexandri Polyhistoris *διαδοχὴν*. Cum Alexandro autem illa Academicorum *διαδοχὴ* nihil habet commune, quoniam in ea res narrantur, quas ille superstes videre non poterat. A Peripateticorum autem sententia recedit illa scriptio hac in re, quod Heraclides in ea inter Platonicos et Academicos habetur, cum Sotion eumque secuti scriptores Peripatetici eum scholae Peripateticae adsignaverint. Conf. Krischius

Forschung. Quoniam in ea aperte proditur animus Epicureis infestus, id quod iam Spengelius observavit, auctor illius διαδοχῆς neque Peripateticus neque Epicureus erat. Erat igitur aut Academicus aut Stoicus ex illorum serie, qui post Alexandrum Polyhistorem floruerunt. Atqui nihil omnino exploratum habemus de ullo Academicō διαδοχῶν scriptore. Fortasse igitur cogitari potest de Iasone Stoico Posidonii discipulo et successore. conf. Suid. s. v. Ιάσων. Hoc vero est verisimile eius libri auctorem sive Iasonem sive alium hausisse ex eisdem fontibus, ad quos omnis fere Laertiana redit memoria, i. e. ex Alexandrinorum commentariis, in primis ex Sotionis διαδοχαῖς: unde repeti potest verborum sententiarumque congruentia cum Laertio, quam indicavimus.

His missis adnotabo si quae de fontibus secundariis explorata habeo. Primum tota nostra disputatione probatur omnia eorum scriptorum, qui post Dioclem floruerunt, testimonia e Favorini libris fluxisse. Velut, ut paucis defungar exemplis, Phlegon Hadriani libertus I. 111. Sabinus eius aequalis III. 47. Plutarchus Favorini familiaris IV. 4. IX. 6. Epictetus X. 6 excitati hac nostra ratione adhibita non dubium est, unde in Laertium transierint. Ab hoc Favorino repetenda est Sexti memoria IX. 87 τὸν ἔννατον Φαβωρῖνος ὄγδοον (Πυρρούνειον τρόπον) Σέξτος καὶ Αἰνεσίδημος δεκατὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν δεκατὸν Σέξτος ὄγδοον φησι, Φαβωρῖνος δὲ ἔννατον. Eadem debemus Iustum Tiberiensem Iosephi aequalem II. 41 excitatum: atque Pamphilen, quam Favorinus diligenter in ἀπομνημονευμάτων usum compilavit cf. Steph. Byz. s. v. Ροπεῖς ἔθνος οὗ μέμηνται Φαβωρῖνος ἐν ἐπιτομῇ τετάρτῃ τῆς Παμφίλης.

Eodem iure omnes illos scriptores Diocli aequales qui excitantur apud Laertium, etiam a Diocle usurpatos esse contendo. Id quod iam de Thrasylo et Apollonide Nicaeensi demonstravimus. Huc referendi sunt Athenodorus Tiberii praeceptor, Nicolaus Peripateticus Augusti familiaris, Philodemus Epicureus Ciceronis aequalis, Didymus χαλκέντερος.

Timonis Phliasii sillī ex Hermippi vītīs in Demetrii homonymorum indices atque inde in Dioclem fluxerunt. Quod mihi ex his locis eluet X. 2 φησὶ δὲ Ἐρμιππος γραμματοδιδάσκαλον αὐτὸν (Ἐπικούρου) γεγενῆσθαι, ἔπειτα μέντοι περιτυχόντα τοὺς Δημοκρίτου βιβλίους ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀΐξαι. διὸ καὶ τὸν Τίμωνα φάσκειν περὶ αὐτοῦ κτλ. cf. II. 55 ἀλλὰ καὶ Ἐρμιππος — Τίμων δὲ ἐπισκόπτει αὐτὸν κτλ. VI. 18 Antisthenis indicem ex Hermippo desumptum haec excipiunt καὶ ταῦτα μέν εστιν ὡς συνέγραψεν. ὁ Τίμων δὲ διὰ τὸ πλῆθος ἐπιτιμῶν κτλ.

Similiter statuendum est de testamentis Aristotelis, Theo-

phrasti, Stratonis, Lyconis. Quorum primarius fons est Aristoteles. 64 καὶ αὐτὸς μέν εἰσιν αἱ φερόμεναι αὐτοῦ διαθήκαι, καθάπου συντίγαγε καὶ Ἀριστον. Sumpta sunt illa testamenta ex Aristonis ἀπομνημονεύμασι, quae VII. 163 in indice recensentur. Iam vero hunc indicem Aristonis Chii certissima ratiocinatione Hermippo vindicavimus auctori: qui hac ipsa in re fere ridicule lapsus est, cum omnia scripta, quae Aristonis Chii nomine inscripsit, Aristonis essent Peripatetici: id quod princeps observavit Sosocrates. Cum igitur testamentum Stratonis ex Aristonis Chii scriptis enarretur, apertum est hanc testamenti mentionem ex Hermippi memoria explicandam esse. Quod autem de fonte Stratonei testamenti coniecumus, de Aristotelis testamento constat Athenaei testimonio p. 589^c ὡς γησιν Ἐρμιτης ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους πρώτῳ, ἐπιμελεῖας φάσκων τῆς δεοίσης τετυχρέναι ἐν ταῖς τοῦ φιλοσόφου διαθήκαις.

Eidem Hermippo fere omnium philosophorum debentur mortes narratae, ad cuius auctoritatem nominatum provocat Laertius de morte Chilonis I. 72. Democriti IX. 43. Zenonis Eleatae IX. 27. Anaxagorae II. 13. Socratis II. 38. Platonis III. 2. Arcesilai IV. 44. Alexini II. 109. Menedemi II. 141. Stilponis II. 120. Menippi VI. 99. Epicuri X. 15. Heraclidis V. 91. Demetrii V. 78. Chrysippi VII. 184. Haec omnia Diocles ex Demetrio Magne exhibuit, qui diversorum scriptorum de mortibus narrationes collegit velut Satyri de Anaxagora II. 12. de Pythagora VIII. 40. Sotionis de Anaxagora II. 12. de Menedemo II. 143. Neanthis de Platone III. 3.

Denique de septem sapientum epistularum fundamento conjecturam addo. Vni quidem scriptori omnes deberi inde efficies, quod aequo consilio sunt compositae et inter se mirum in modum et rebus et sermone conspirant. Solonem enim invitant Thales Miletum, Bias Prienam, Pisistratus Athenas, Cleobulus Cnidum, Epimenides Cretam: en orbem quendam eiusdem argumenti, in quo septem versantur epistulae. Dein Croesus septem sapientibus epistulas mittit, quibus respondent Solon, Pittacus, Anacharsis. Denique cum Periandro litterarum commercium habent Chilon, Solon, Thrasybulus. In his omnibus epistulis certa reprehenduntur indicia, quibus ad Ephorum historicum ducamur his epistulis fundamentum tamquam struentem. Anacharsis enim his in epistulis inter sapientum numerum habetur, quem locum ille Ephoro debuit, qui Mysonem a Platone pro Periandro insertum reiecit. Cf. Strab. VII. Schol. Apoll. I. 1277. Senec. ep. XC. Sat convenit, quod Periander non ipsis adnumeratur sapientibus, sed eandem dignitatem amici tutorisque sapientiae sibi vindicat quam Croesus. Accedit quod Ephorus primus sapientes apud Croesum convenisse excepto Thalete, qui inimicitias cum eo

exercuit, cf. La. I. 25, testatur. Id quod Herodotus aut nescit aut reicit his verbis I. 29 ἀπικνέονται ἐς Σάρδις ἀκμαζούσας πλούτῳ ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταί, οἱ τοῦτον τὸν χρόνον ἐπιγάγχανον ἔδιντες ὡς ἐκαστος αὐτῷ ἡ ἀπικνέοιτο καὶ δὴ καὶ Σόλων. Tribus igitur indiciis ad Ephori revocamur memoriam, cuius historiis et aetati quamquam prorsus est aptum litteris commenticiis res factas exornare, a qua re ne Xenophon quidem abstinuit: tamen has epistulas tribuere non conamus, quarum sermo recentiorem sapit originem.

VI.

De Laertio et Hesychio.

Frequens est et inveterata doctorum opinio, si quae in Suidae philosophorum vitis reperiantur cum Laertio congruentia, talem inter haec intercedere rationem, ut Suidas ea e Laertio depropriosse videatur: quo fit, ut, quidquid et Laertii et Suidae nititur testimonio, non duplice sed una auctoritate nisi putetur. Quamquam haec quo iure statuerentur, nusquam quoad sciam expositum est, tamen haud difficulter huius opinionis fons fundusque aperitur, dummodo illam Suidae imaginem animo nobis refingamus, quae, nupera philologorum opera tandem aliquando abstersa, antea omnium obversabatur ingenii. Priusquam enim certa ratiocinatione de proximo praecipuo fonte a Suida ad vitas contexendas adhibito exploratum est, Hesychium puto Milesium, una in re omnes convererunt, quod de Laertio ut ditissimo vitarum Suidanarum fonte cogitabant, illa locorum frequentia inducti, qui apertissime quamvis nomine fere semper suppresso Laertium agnoscunt auctorem. Nam saepissime Suidam integras Laertii paginas descriptisse princeps I. Casaubonus ad VII libri § 107 observavit: quae observatio quantum valeat, nunc demum ex pleno Bernhardyi indice IV. p. 1959 dispicitur, quo Laertiana frustula in Suidae oceano natantia complexus est. Accuratius enim inquirentem non fugiet duo omnino harum annotationum genera esse discernenda, alterum quod in vocis aliquius vi sententiaque versatur inlustranda ideoque ad λέξεις pertinet⁴⁾, alterum quod vitis philosophorum appendicis instar subiungitur itaque historicam Suidae partem supplet⁵⁾). Hoc vero utrumque genus commune habet, quod αὐτοκλέξει Laertii

4) velut s. v. αἴρεσις, σαράπους, χρόμμυα, ὑποβάθρου etc.

5) velut s. v. Ἀζων, Πυθαγόρας, Χρύσιππος, Θεόδωρος, Κράτης etc.

verba produntur, cuius nomen semel tantum usurpat s. v. τετραλογία — καὶ ἐφέξης ἐν τῷ βιβλίῳ Λαερτίου Διογένους περὶ βίων φιλοσόφων, a Bernhardyo omissum IV. p. 1959. Qui vero Laertium etiam ad vitas ipsas conflandas esse adhibitum opinantur, novum quoddam idque a Suidae consuetudine nil nisi ad verbum transribentis prorsus abhorrens fingant opus est. Suidam enim sumunt hanc illam notulam de Laertio decerpisse atque e talibus disiectis membris illa conformasse vitarum corpuscula. Sed hoc liberalioris Suidae studii documentum plane μονῆρες ferendum esset, nisi accederet, quod illos circulos prorsus turbaret. Non enim doceri potest — id quod doceri iubemus — singulas omnes Suidanarum vitarum partes ex singulis Laertii locis exortas esse: immo si speciatim Laertii et Suidae institueris comparationem, prorsus alia tibi emerget rationis imago, quae inter utrumque intercedit. Quid quod ingens fere numerus Suidanarum notarum nulla via nec vi ad Laertium revocari in eumque potest intrudi? Quid quod saepissime ea, quae Suidae placent, a Laertii memoria liquido dissident, alia partim congruunt, partim in diversas abeunt sententias eaque haud raro ita, ut pleniora Suidas, decurtata Laertius exhibeat.

Cuius argumenti acies ut hebetetur, nulla iam via patet nisi ea, qua totius illorum disputationis fundamentum prorsus destruatur. Illi enim, qui inveteratae de Laertio Suidanarum vitarum fonte opinionis sunt participes, Suidae, respondebunt, et Laertium et alterum historiae philosophorum scriptorem praesto fuisse in vitis componendis: huic autem alteri, quidquid apud Laertium non extat, adsignandum esse. At si Suidam sumunt alterius scriptoris copiam exhausisse, quo iure omnino de Laertio singularum notarum auctore, quas et Laertius et Suidas convenienter exhibent, cogitant? An illum alterum fontem putemus constanter diversam a Laertio memoriam esse secutum? Si vero nobis conceditur — atque est concedendam — notas omnes Suidanas i. e. vitarum particulas repeti posse ab hoc, quem ponunt, altero scriptore, non iam cogimur ulla necessitate, ut de Laertio singularum particularum auctore cogitemus.

Haec cum dicta sint contra opinionem infirmis pedibus incidentem neque unquam perspicuis fultam rationibus, intentius dimicandum est contra adversarium paratissimum, qualis extitit Valentinus Rose in comment. de Arist. libr. ord. p. 48 ss. Qui cum ratiocinationem suam Delphica qua assolet breviloquentia obscuroque sermone in unius enuntiati spatium inferserit, ordinem, quo illius rationes secuntur, totum et si potero luculentum proferam.

Vt igitur efficiat vitam Aristotelis quam vocant Menagianam scriptorumque indicem in ea extantem ad solam Laertii

memoriam esse revocanda — qua in sententia anteit Krischius p. 273, secutus est I. Bernaysius de Arist. dial. p. 134 ss. — primum statuit vitam Menagianam prorsus cum Suidana Aristotelis vita congruere: nisi quod Suidas longum librorum indicem describere supersederit. Integrum igitur eius voluminis fragmentum aetatem tulisse, quo Suidas in vitis conscribendis uteretur. Cuius voluminis auctorem in omnibus, ubi quidem fieri posset, vitis e Laertii libro hausisse ita ut aut illius narrationes in artum cogeret aut passim ad verbum describeret, testium nominibus semper suppressis ac placitis philosophorum dictisque resectis. Nonnumquam quidem eum nova aut paulo diversa ea que semper brevissima de suo addidisse: neque Suidam ipsum ab hac argumenti locupletandi opera abstinuisse. Iam vero has vitas, quas Suidas illi uni auctori debeat, ad verbum congruere cum excerptis, quae Hesychii nomen prece se ferant, ex eodem, quem integriorem servaverit Suidas, scriptore factis: atque ita factis, ut ipsum Laertii nomen in eis saepius usurpetur. Atqui Suidam s. v. Ἡσύχιος ipsis verbis librum suum confiteri Hesychii esse ἐπιτομήν. Qua ratiocinatione probari vitam Menagianam simulque omnes Suidae vitas Hesychio Illustri Milesio esse vindicandas, qui scripserit Ὁροματολόγον ή πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν.

Vt statim fragilem huius argumentationis locum designemus quamvis non ita comparatum, ut inde disputatio ad prorsus falsum eveniat finem: Lehrsii opera [in Mus. Rhen. XVII. p. 453 ss.] ac beneficio tandem aliquando ille fraudulentus libellus, qui Hesychii nomine fertur, detectus est ut foetus miselli recentissimae aetatis Byzantini (nisi forte ut ipse suspicor ipsius Christophori Rusi, qui se hunc libellum in epistula ad Cosmum I Mediceum e tenebris eruisse testatur), qui excerptis suis e Laertio Suidaque factis Hesychii nomen superscripsit nobilissimum, haud nescius, quantopere in hac fraude Suidae verbis s. v. Ἡσύχιος iuvaretur. In verbis enim enodandis „οὗ ἔστι τοῦτο τὸ βιβλίον ἐπιτομή“ dici nequit, quantum se homines docti torserint cf. Ioan. Meursius in not. ad Hes. Mil. p. 110. Fabricius ed. Harl. V. p. 567. Prellerus in Seeb. ann. vol. 17. p. 183. Naeckius in Choer. p. 34 ss. C. Wachsmuthius in symb. Bonn. p. 133 D. Volkmannus ib. p. 729. denique vid. Mus. Rhen. XXII. p. 193.

Nihil igitur ex ea re conligendum est de vero illo Hesychio, quod haec Pseudohesychiana aperte ad Laertium provocant fontem. Ex solo autem Suida diiudicari potest, num re vera Laertius in Hesychii fontium numero habendus sit. Ille enim tenendum est, Valentimum Rose de praecipuo Suidae fonte veritatem assecutum esse, quamvis vetita et ut ita dicam erronea compita. Neque aliter O. Schneidero in eadem re contigit: qui

nimirum eo bene meruit, quod princeps certas caussas exposuit, quibus ad unum eundemque Hesychium omnium Suidanorum vitarum auctorem compellimus: ita ut C. Wachsmuthio in symb. Bonn. p. 138 nihil relinquatur nisi ut spurias intermixtas rationes recideret liquidamque demum redderet argumentationem.

Missis igitur Pseudohesychianis ad verum Hesychium animum convertimus i. e. ad vitas Suidanas atque examinamus Valentini Rose Θέσιν. Θέσιν dico, non probationem. Nam quas huius θεσεως inseruit rationes, lenissima manu removendae sunt. Voluti ut doceret Hesychium diversas Laertii sententias in unum confusisse, excitavit Suid. s. v. Κράτης. La. Diog. VI. 87. 88. Scilicet hos locos comparari iubet, quos infra posui:

Suid. s. v. Κράτης
ὅς ἔξαργνοίσας τὴν οὐσίαν
δέδωκε τὰ ἀργόντια τραπεζί-
τη εἰπὼν εἰς οἱ παῦδες αὐτῷ
φιλοσοφήσουσι, τῷ δῆμῳ δοῦ-
ναι, εἰς δὲ μὴ, τοῖς παισὶν.
Laertius:
(Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς φη-
σι) — ἔξαργνοισαμενὸν τε τὴν
οὐσίαν — ἀθροίσαντα πρόσω-
τα ἔκατὸν διακόσια τάλαντα
τοῖς πολίταις ἀνεῖναι ταῦτα.
— φησὶ δὲ Δημητρίος ὁ Μά-

Laertius:

(Αντισθένης ἐν διαδοχαῖς φη-
σι) — ἔξαργνοισαμενόν τε την
οὐσίαν — ἀθροίσαντα πρὸς
τὰ ἔκατὸν διακόσια τάλαντα
τοῖς πολίταις ἀρεῖναι ταῦτα,
— φησὶ δὲ Ἀρμήτριος ὁ Μά-
γνης τραπεζίτῃ τινὶ παρακα-
τατιθέσθαι τὸ ἀργύριον σιν-
θέμενον, εἰ μὲν οἱ παῖδες ἰδιῶ-
ται γένουντο αὐτοῖς ἀποδοῦ-
ναι. εἰ δὲ φιλόσοφοι τῷ δῆ-
μῳ διανεῖμαι.

Ratio, quae inter diversas Laertii narrationes intercedit, in hac re est posita, quod idem factum diversis exornatum coloribus enarratur. Si Antisthenem sequimur, Crates civibus suis pecuniam ex patrimonio vendito factam tribuit, si Demetrium, aut civibus aut liberis sub quibusdam condicionibus. Cur vero Hesychium V. Rose has duas narrationes confudisse opinetur, non dispicio: immo Hesychius presse Demetrii Magnetis instat vestigiis. Si vero V. Rose illa ἐξαργνοίσας τὴν οὐσίαν verba Hesychium ex priore narratione mutuatum esse putaverit, respondebo etiam e Demetrio Magnete nullam aliam significari pecuniam nisi hanc e patrimonio solutam: quod diserte hoc τὸ pronomine indicatur. Aequalitas autem verborum facilime explicatur, si forte Laertio et Hesychio eidem vel cognati fontes ad manus fuerint. Idem vero dicendum est de altero loco a V. Rose excitato, quo demonstrare studet, Hesychium ad verbum Laertium descriptsisse s. v. Πυθαγόρας. La. Diog. VIII. 39. Concedo narrationem de Pythagorae morte eisdem verbis apud Laertium et Hesychium extare: non sequitur, quod ille consecrarium esse voluit: immo cum duae aliae viae pateant ad hanc rem explicandam, tertia

illa, quam ipse secutus est, nullam habet vim necessitatis. Primum enim cogitari potest de fontium cognatione, quos Laertius et Hesychius usurpaverunt. Deinde, quod mihi magis adridet, illa narratio a Suida ipso ad vitam Pythagorae Hesychianam appendicis loco addita esse potest: id quod ex ipsis V. Rose verbis p. 48 sumere licet »Suidam, adfirmantis, saepe plura ex diversis scriptoribus excerpta congregantem argumentum augere«. Quae suspicio hac re valde stabilitur, quod Suidas re rera longiorem de Pythagoreorum symbolis commentationem s. v. *Hυπαγόρις* adiecit e Laertio ad verbum depromptam.

His igitur duobus locis, quibus V. Rose θέσιν suam fulcire studet, cum nihil effectum sit, nolimus ita agere, ut eum iam convictum esse clamemus: immo is est adversarius noster, qui optimas saepe caussas consulto taceat atque lectoribus relinquat, ut ipsi vim et probabilitatem decretorum suorum examinent. Qua re operae erit pretium, accuratam inter Laertium et Suidam instituere comparationem, ut luculenter appareat, quantum Hesychius exhibeat, de quo apud Laertium οὐδὲ γρῦ.

Parentes philosophorum ab Hesychio accuratius
quam a Laertio traditi:

Hesychius:

Laertius:

Ἄριστηππος Ἀριτάδος.

Ἀρχύτας Ταρανιῖνος Ἐστιάίνοντος νιὸς ἡ Μνησάρχουν ἡ Μνασαγέτον ἡ Μνασαγόρον.

Ἐπιμενίδης Φαιώτον ἡ Δοσιάδον ἡ Ἀγιασάρχουν νιὸς καὶ μητρὸς Βλάστας.

Ἡράκλειτος Βλίσωνος ἡ Βάκτωρος, οἱ δὲ Ὡρακίνον.

Θεανὼ — θυγάτηρ μὲν Πυθάνακτος — τινὲς δὲ Βροντίνου γυναικαὶ γράφουσι καὶ τὸ γένος Κροτωνιάτιν.

Θεόφραστος Μελάντα γναψείον, οἱ δὲ Λέοντος ἀπὸ Ερεσσοῦ.

Ξενοκράτης Ἀγάθωνος ἡ Ἀγαθάνορος.

Ἀρχύτας Μνησαγόρον Ταρανιῖνος, ὃς δὲ Ἀριστόξενος, Εστιαίον.

Ἐπιμενίδης καθά φησι Θεόπομπος καὶ ἄλλοι σιχνοί, πατρὸς μὲν ἦν Φαιστίον, οἱ δὲ Δωσιάδον, οἱ δὲ Ἀγησάρχον.

Ἡράκλειτος Βλίσωνος ἡ ὡς τινες Ἡρακίοντος.

Θεανὼ — Βροντίνου τοῦ Κροτωνιάτου θυγάτηρ, οἱ δὲ γυναικαὶ μὲν εἰναι Βροντίνον.

Θεόφραστος Ἐρέσιος Μελάντα κναψέως νιὸς.

Ξενοκράτης Ἀγαθήνορος.

Πολέμιων Φιλοστράτου ἥ Φι-
λοκράτον τον.

Στράτων — νιὸς δ' Ἀκρεσι-
λδον ἥ Ἀρκεσίον.

Πολέμιων Φιλοστράτου μὲν
νιὸς ἥν.

Στράτων Ἀκρεσιλάδον.

Cognati.

Ἀναξίμανδρος — συγγενῆς Θαλῆς οὗ διήκουσεν Ἀναξί-
μανδρός καὶ μαθητῆς διάδοχος.

Θάλητος.

Ἀννίκεροις — ἥν δὲ τῷ Ἀν-
νικέριδι καὶ ἀδελφὸς
Νικοτέλης ὄνομα φιλό-
σοφος, μαθητῆς δὲ αἰ-
τοῦ ἐπιφανῆς Ποσειδώ-
ντος.

Ἀριστοτέλης — καὶ ἀδελφοῖς
μὲν ἔσχεν Ἀριμνηστον καὶ
Ἀριμνήστην.

Ἀημόκριτος — τοῖς ἀδελφοῖς
συνηνέχος δότρι καὶ Δαμά-
στη.

Ἡρακλείδης — τὸ δὲ γένος
ἄνωθεν ἀπὸ Δάμιδος
ἐνὸς τῶν ἡγησαμένων
τῆς εἰς Ἡράκλειαν ἐν
Θηβῶν ἀποικίας.

Θεανὼ — Πνυθαγόρου ἔξι οὖν
ἔσχε Τηλανύγην καὶ Μνήσαρο-
χον καὶ Μνῖαν καὶ Ἀρι-
γνώτην.

Πνυθαγόρας — ἥ ὡς τινες
Μνήσαρχος, κατὰ δὲ τι-
νας καὶ θνγάτηρ Μνῖα
ὄνομα, κατὰ δ' ἄλλον
καὶ Ἀριγνώτη.

Σωκράτης — (Μυρτοῦ) ἔξι ἥς
ἐγένετο Σωφρονίσκος καὶ Με-
νέδημος ἥ Μενέξενος, ὡς
τισι δοκεῖ.

τρέφεσθαι τε διὰ τὴν ἀπορίαν
ὑπὸ τοῦ ἀδέλφου Δαμάσον.

Ιππόβοτός γέ τοι φησι λέγειν
Ἐμπεδοκλέα. Τηλανγής κλυτὴ
κοῦρε Θεανοῦς Πνυθαγορέω τε.

Cognomina.

Ἀντισθένης — ὄστις Πε-
ριπατητήριος ἐκλέθη
πρώτον.

Μυρτὼ — ἔξι ἥς γενέσθαι
Σωφρονίσκον καὶ Μενέξενον.

Δημήτριος — δές τὸ πρῶτον Φανὸς ἐκαλεῖτο.

Δημόκριτος — ἐπεκλήθη δὲ Σοφία δημόκριτος καὶ Γελασινος διὰ τὸ γελᾶν πρὸς τὰ κενόσπουν δον τῶν ἀνθρώπων.

Θεόφραστος — οὗτος πρότερον ἐκαλεῖτο Τύρταμος, διὰ δὲ τὸ θειώς φράζειν ὥπ' Αριστοτέλους ἐκλήθη Εὔφραστος, εἰτα Θεόφραστος.

Κράτης — ἐπεκλήθη δὲ Θυρεπανοίκτης διὰ τὸ ἀδεῶς ἐπεισιέναι εἰς παντὸς οὗπερ ἡβούλετο οἶκον.

τοῦτον Τύρταμον λεγόμενον Θεόφραστον διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον Ἀριστοτέλης μετωνόμασεν.

Praeceptores et discipuli.

Ἀντίκερις — Παραβάτου γνώριμος τοῦ Αριστίππου ἀκηκοότος.

Ἐπιτιμήδης Κνορηναῖος — οὐ Παραιβάτης οὐ Ηγησίας — καὶ Ἀντίκερις.

Αρχέλαος — [τοῦ δὲ μαθητῆς Σωκράτης] οἱ δὲ καὶ Εὐριπίδης φασιν. cod. Petropolit. Εὐριπίδην, ut Kusterus coniecit.

Ἀριστοτέλης — διάδοχοι δ' αὐτοῦ τῆς σχολῆς κατὰ τάξιν ἐγένοντο οἵδε Θεόφραστος Στράτων Πραξιτέλης Λύκων Ἀρίστων Λυκίσκος Πραξιφάνης Περινυμος Πρεύτανις Φορμίων Κριτόλαος.

Ἐπίκουρος — καὶ διέμεινεν ἡ αὐτοῦ σχολὴ ἔως Καισαρος τοῦ πρώτου ἔτη σκε', ἐν οἷς διάδοχοι αὐτῆς ἐγένοντο ιδ.

Ηρακλείδης — ἐκδημήσαντος δὲ Πλάτωνος εἰς Σικελίαν προεστάναι τῆς σχολῆς κατελείφθη ὥπ' αὐτοῦ.

Ηράκλειτος — τινὲς δὲ αὐτὸν ἔφασαν διακοῦσαι Ξενοφάνους καὶ Ἰππόδοσιν τὸν Πυθαγορείον.

Θεόδωρος — ὃς ἡ κρούσασσα τοῦ Ζῆνωνος τὸν Κιτιέως, διήκονον σε δὲ καὶ Βρένσωνος καὶ Πλύρωνος τὸν Ἐφεκτικοῦν.

Πλάτων — καὶ διεδέξαντο τὴν σχολὴν αὐτοῦ καθ' ἓνα οἶδε. **Σπενσιππος**, **Ξενοκράτης**, **Πολέμων**, **Κράντωρ**, **Κράτης**, **Ἀρκεσίλαος**, **Λακύδης** Ἐντρόος **Φωκαεὺς**, **Δάμων** Λεοντεὺς **Μοσχίων** Εὔανδρος **Ἀθηναῖος**, **Ηγησίνους** **Καρνεάδης** **Χαρμάδας**.

Πυθαγόρας — οὗτος ἦκοντες πρῶτον Φερεκίδον τὸν Συρίου ἐν Σάμῳ, εἶτα Έομοδάμαντος ἐν τῇ αὐτῇ Σάμῳ δῖς ἦγε ἀπόγονος Κρεωφύλου, εἰτ' Αβάριδος τὸν Υπερβορέον καὶ Ζάρητος τοῦ Μάγον.

Πύρρων — διήκονσε Βρέσσωνος τὸν Κλεινομάχον μαθητοῦ.

Σωκράτης — τινὲς δὲ Βρέσσωνα οὐ Σωκράτον τοὺς ἄλλους ἐνκλείδον ἀκροάτην γεγονένται, τούτον δὲ καὶ Πύρρον ἤκρον ἀσατο.

Σωκράτης — φιλοσόφους εἰργάσατο — **Εὐκλείδης** — ἰδίων συστησάμενον σχολὴν, ἦτις ἀπ' αὐτοῦ ἐκλήθη Μεγαρική ἀπὸ δὲ Κλεινομάχον τὸν μιαθητοῦ Εὐκλείδον ἐν λήθῃ **Διαλεκτικὴ** — **Ἀλκιβιάδης**, **Κριτόβονλον**, **Ξε-**

Σωτίων δέ φησιν εἰρηκέναι τινάς Ξενοφάνους αὐτὸν ἀκηκοέναι.

οῦτος ἦκοντες μὲν — Φερεκύδον τὸν Συρίον, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἦκεν εἰς Σάμους καὶ ἦκοντεν Έομοδάμαντος τὸν ἀπογόνον Κρεωφύλου, ἦδη πρεσβυτέρου.

Πύρρων — ἦκοντες Βρέσσωνος τὸν Στίλπωνος.

Διαλεκτικῆς (sc. προέστη) **Κλεινόμαχος** **Καρχηδόνιος** (sic Cobetus; e quidem scribi iubeo **Κλεινόμαχος** **Καλχηδόνιος**).

*νομήδην Ἀπολλόδωρον
Ἀθηναῖονς, ἔτι δὲ Κρίτω-
να καὶ Σίμωνα, Ἐνύμαρχον
Φλιάσιον, Σιμμύαν Θηβαῖον,
Τερψίωνα Μεγαρικὸν,
Εὐηνον Χαιρεφῶντα.*

*Φερεκύδης — διδαχθῆναι δ' Φερεκύδης Πιττακοῦ διακή-
νπ' αὐτοῦ Πυθαγόραν λόγος,
αὐτὸν δ' οὐκ ἐσχηκέναι
καθηγητὴν.*

Patriae.

*Αἰσχίνης — τινὲς δὲ Ανσα-
νίου παῖδες φασιν Ἀθηναῖον
Σφήττιον. s. v. Σωκράτης
— Αἰσχίνην Ανσανίου Σφήτ-
τιον.*

*Ἡρακλεῖδης — Ὁξυρυγχίτης. Ἡρακλεῖδης — Καλλατιανὸς
ἢ Ἀλεξανδρεὺς.*

Mortes.

*Ἀναξιγόρας — ἐλθὼν ἐν Αιμ-
ψάκῳ ἐκεῖσε καταστρέψει τὸν
βίον ἀποκαρτερώσας εἰς
καὶ τέλος ἀποχωρήσας εἰς
Ἄντιψακον αὐτόθι κατέστρε-
ψεν.*

*Διογένης — κατέστρεψε τὸν
βίον δηχθεὶς ὑπὸ κυνὸς τὸ
σκέλος καὶ θεραπείας ὑπερι-
δῶν.*

Ex his, quae adhuc comparavimus, hoc in aperto est, ea, quae Hesychius seorsum et cum discrimine exhibeat, multo esse plura, quam Valentino Rose visa sint: neque minus adparet haec esse ita comparata, ut Hesychius ea ex aliis fontibus in Laertiana interieccisse nullo modo putandus sit. Quis, ut exemplo utar, sibi persuadebit Hesychium non fuisse contentum Stratonis notasse patrem Arcesilaum, sed alios petiisse libros, e quibus Arcesii nomen adiceret? Quis enim iussit eum accuratiorem esse Laertio? Omnino nonne parvo Hesychianarum vitarum ambitui convenientius est de uno auctore cogitare? An Hesychium putemus tantopere ab aequalium grammaticornm more recessisse, qui excerptendo, breviando, compilando doctrinae famam sibi vindicabant, ut πινακα τῶν ἐν παιδείᾳ διομαστῶν componeret ex notis undique collectis et omnia compendia et summaria re-pudiaret, in quibus tota materia iam erat congesta? Id quod

ad Peripateticorum vel Alexandrinorum studia quadrat, non ad Byzantinos sexti saeculi magistellos.

At omnino ut rem conficiamus, quid, quaeso, est cur de Laertio Hesychii fonte maiore iure, quam de alio aliquo historiae philosophorum scriptore cogitemus? An forte quod solus aetatem tulit fortunaeque favore — quam stultos adiuvare notum est — ex tanto naufragio servatus est? Nam inde quod multa apud Hesychium congrua inveniuntur cum Laertio, nihil omnino sequitur: nisi forte doceri potest singulis Hesychianarum vitarum particulis respondere singulos Laertii locos; id quod post nostram discrepantiarum enumerationem nemo docere conabitur. Vt igitur dicam quod sentio: eodem iure de Laertio Hesychii fonte cogitamus, quo de Hermippo, Sotione, Sosicrate, Diocle, Demetrio, aliis i. e. nullo iure.

Accedit autem res quaedam, quam V. Rose ne verbo quidem tetigit. Hesychium usurpasse uberiorēm Laertio fontem, non solum ea re probatur, quod multa in eius vitis extant, quorum apud Laertium nec vola nec vestigium est, sed etiam quod plures vitae ex eisdem philosophiae temporibus et disciplinis apud Hesychium produntur, quas Laertius plane omisit. Quod ut doceam, sat est nomina antestari Alcidamantis, Arignoti, Aristoxeni, Diagorae, Dicaearchi, Dionis, Hecataei, Hermagorae, Zenonis Sidonii, Theaeteti, Theanusi Metapontinae, Theodori, Iasonis, Hippiae, Callippi, Persaei, Tyrannionis, Phaniae, Philippi. Panætii et Posidonii nomina ex hac serie hanc ob caussam sunt removenda, quod Laertius etiam eorum vitas enarravit: quas excidisse cum aliorum Stoicorum vitis docet index Laurentianus.

Nosmet igitur praefracte negamus in Hesychii vitis nil nisi umbram Laertii dispici, in quam sententiam Val. Rose abiit, ut nobis speciosam suam de Menagiana vita e Laertio repetenda opinionem obtruderet. Vnde autem re vera huius vitae origines repetendae sint, iam nobis quaerendum est. Quid quod E. Heitzius homo sobrii iudicij hoc de tota inter Laertianum indicem interque Menagianum intercedente ratione statuit p. 16 »Geht aus dem eben Gesagten mit hinreichender Sicherheit der Unterschied beider Verzeichnisse in Hinsicht auf den Umfang hervor, so ist er doch nicht ausreichend, um die nahe Verwandtschaft und den gemeinsamen Unterschied [leg. Ursprung] beider in Zweifel zu ziehen. Zu einem ähnlichen Resultate gelangen wir, wenn wir die in beiden Verzeichnissen bei Aufzeichnung der einzelnen Titel beobachtete Reihenfolge vergleichen. — — Ungeachtet jedoch der sich in doppelter Hinsicht zwischen den Verzeichnissen ergebenden Uebereinstimmung tragen wir Bedenken, die von Rose ausgesprochene Meinung zu billigen und einfach Diogenes als die Quelle des Anonymus zu bezeichnen«.

Qua in commentationis parte ab Heitzio praetermissum nolle, quod index Laertianus liquido haec sola scripta continet, de quibus non ambigitur (V. 34 ὡς δῆλον ἐκ τῶν προγεγραμμέτων συγγραμμάτων, ἀ τὸν ἀριθμὸν ἐγγὺς ἔχει τετρακοσίων, τὰ δύο γε ἀναμφίλεκτα. πολλὰ γάρ καὶ ἄλλα εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται σιγγράμματα αὐτοῦ καὶ ἀποφθέγματα ἀγράφων φωνῆς εἰστοχήματα). Hesychius vero etiam ψευδεπίγραφα ultimo loco adicit. Quod autem ad ordinem, quo tituli utriusque indicis secuntur, attinet, en conatum nostrum hac tabula expressum: qua demonstrare studemus, quomodo paulatim idem index per diversas librariorum manus in has duas diversasque formas abierit, quas Laertius et Hesychius repreäsentant.

Genuina forma:

σοφιστής.	περὶ πλούτου.	περὶ εὐχῆς.
Μενέξενος.	προτρεπτικός.	περὶ εὐγενείας.
ἐρωτικός.	περὶ ψυχῆς.	περὶ ἥδονῆς.

Laertiana:

σοφιστής. Μενέξενος. ἐρωτικός. περὶ πλούτου. προτρεπτικός. π. ψυχῆς. περὶ εὐχῆς. περὶ εὐγενείας. π. ἥδονῆς.

Hesychiana:

σοφιστής. περὶ πλούτου. π. εὐχῆς. Μενέξενος. προτρεπτ. π. εὐγενείας. ἐρωτικός. περὶ ψυχῆς. περὶ ἥδονῆς.

a librariis confusa:
περὶ πλούτου. σοφιστής. π. εὐχῆς. Μενέξενος. περὶ εὐγενείας. ἐρωτ. περὶ ψυχῆς. προτρεπτ. περὶ ἥδονῆς.

His et aliis artibus fortasse genuina totius indicis forma recuperari potest. Quod cum aliis relinquam, eo redeo, ubi Heitzius pedibus subsistit. Quod enim optime ille de cognitione utriusque Aristotelis indicis observavit, omnino in omnes Hesychianos et Laertianos philosophorum indices valet. Quos instituta comparatione docebo ab eodem fonte stirpem deducere. Cuius cognitionis vestigia in hac re agnoscenda sunt, quod Laertius Hesychiusque unum semper euudemque exhibent indicem sed suo quiske discrimine, ita ut modo hic, modo ille pleniora praebeat. Exempla vero haec consignabo:

Hesychius:

Ἀραξίμανδρος — ἔγραψε περὶ φύσεως, γῆς περίόδου καὶ γῆς καὶ θαλάσσης περί-
καὶ μετρον πρῶτος ἔγραψεν. ὅλλα καὶ περὶ τῶν ἀπλανῶν καὶ σφαιραν κατεσκείασε.
καὶ σφαιραν καὶ ἄλλα τινά.

Laertius:

Αἰσχίνης — διάλογοι δ' αὐτοῦ Μιλτιάδης Καλλίας Ρίτων Ἀσπασία Ἀξιόχος Τηλαύνης Ἀλκιβιάδης, καὶ οἱ καλούμενοι ἀκέφαλοι: Φαιδῶν. Πολύναυτος. Δράκων. Ἐρνέζιας. Περὶ ἀρετῆς. Ἐραστόστρατος. Σκυθικοί.

οἵ δ' οὖν τῶν Αἰσχίνον τὸ Σωκρατικὸν ἥθος ἀπομεμαγμένοι εἰσιν ἐπτά. πρώτος Μιλτιάδης Καλλίας Ἀξιόχος Ἀσπασία Ἀλκιβιάδης Τηλαύνης. Ρίτων.

ν. Φαιδῶν — Σκυθικοὺς λόγους, καὶ τούτους τινὲς Αἰσχίνον φασίν.

διεβάλλετο δ' ὁ Αἰσχίνης καὶ μάλισθ' ἵπο Μενεδήμου τοῦ Ἐρετρίως ὡς τοὺς πλείστους διαλόγους ὅντας Σωκράτους ὑποβάλλοιτο λαμβάνων παρὰ Ξανθίπης. ὃν οἱ μὲν καλούμενοι ἀκέφαλοι.

οὗτος ἐποίησε τῶν τε παρὰ τοῖς Σκύθαις νομίμων καὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἑλλησιν εἰς εὐτέλειαν βίον καὶ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἐπη δικτακόσια.

φέρονται δ' αὐτοῦ σιγγράμματα τόμοι δέκα. πρώτος κτλ.

cf. ind. Hes. Aristot. — ψευδεπίγραφα — μαγικόν.

τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θραύσιλος ἀναγέγραψε κτλ.

τὰ μὲν οὖν περὶ φύσεως αὐτῷ καὶ οἱ καθαρμοὶ εἰς ἐπη τείνονται πεντακισχίλια, δὲ λατρικὸς λόγος εἰς ἐπη ἔξακόσια.

καὶ δὴ ὅτι γράψαντος αὐτοῦ καὶ ἄλλα ποιήματα τὴν τε τοῦ Ξέρξον

Ἀνάχαρσις — ἔγραψε νομίμα τοῦ σκυθικὰ δὲ τὸν ἐπῶν. Περὶ εὐτελείας τῶν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐπη πάντα διακόσια.

Ἀντισθένης — οὗτος συνέγραψε τόμους δέκα· πρώτον ... Μαγικὸν. ἀφηγεῖται δὲ περὶ Ζωροάστρου τινὸς Μάγου ενδρόντος τὴν σοφίαν, τοῦτο δὲ τινὲς Ἀριστοτελεῖ, οἱ δὲ Ροδίφ [cf. La. VI. 19] ἀνατιθέασι.

Δημόκριτος — γνήσια δὲ αὐτοῦ βιβλία εἰσι β', δὲ μέγις Διάκοσμος καὶ τὸ περὶ φύσεως κόσμον. ἔγραψε δὲ καὶ ἐπιστολάς.

Ἐμπεδοκλῆς — καὶ ἔγραψε δι' ἐπῶν περὶ φύσεως τῶν ὄντων βιβλία γ. καὶ ἐστιν ἐπη ὡς ,β. Ἰατρικὰ καταλογγάδην καὶ ἀλλὰ πολλὰ.

διάβασιν καὶ προοίμιον
εἰς Ἀπόλλωνα —
καθόλου δέ φησιν (Ιε-
ρῶν νυμος) καὶ τραγῳδίας
αὐτὸν γράψαι καὶ πολι-
τικά κτλ.

Ἐπιμενίδης — ἔγραψε δὲ πολ-
λὰ ἐπικῶς καὶ καταλογάδην
μυστήρια τινα καὶ καθαρούς
καὶ ἄλλα αἰνιγματόδη.

ἐποίησε δὲ Κουρήτων καὶ Κο-
ρινθάντων γένεσιν καὶ Θεογο-
νίαν ἐπη πεντακισχίλια. Ἀρ-
γονις ναυπηγίαν τε καὶ Ἰάσο-
νος εἰς Κόλχους ἀπόπλουν
ἐπη ἑξακισχίλια πεντακοσία.
σινέγραψε δὲ καὶ καταλογά-
δην περὶ θυσιῶν καὶ τῆς ἐν
Κρήτῃ πολιτείας καὶ περὶ
Μίνω καὶ Ραδαμάνθυος εἰς
ἐπη τετρακισχίλια.

Εὔδοξος — ἔγραψε δὲ πλεῖστα
τοῦ εἰδονος τούτον καὶ ὀκτα-
ετηρίδα, ἔτι δὲ δι' ἐπών
ἀστρονομίαν.

τὸν ὀκταετηρίδα κατά τινας
σιγγράψαι — γράψας τοῖς
ἰδίοις πολύταις νόμους ὡς ψη-
σιγή Ερμηπός ἐν τετάρτῃ περὶ
τῶν ἐπτὰ σοφῶν καὶ ἀστρο-
λογούμενα καὶ γεωμετρούμενα
καὶ ἔτερος ἄττα ἀξιόλογα.

Ζήρων Ἐλεάτης — ἔγραψεν
Ἐριδας, ἐξήγησιν τῶν
Ἐμπεδοκλέοντος, πρὸς τοὺς
φιλοσόφους περὶ φί-
σεως.

φέρεται γοῦν αὐτοῦ βιβλία
πολλῆς σινέσεως γέμοντα.

Θαλῆς — ἔγραψε περὶ με-
τεώρων ἐν ἐπεσι, περὶ
ἴσημεροις καὶ ἄλλα τινά.

κατὰ δέ τινας διό μόνα συν-
έγραψε, περὶ τροπῆς καὶ
ἴσημεροίας —
τὰ δὲ γεγραμμένα διπέρ-
γεῖσος, εἰς ἐπη τείνει δια-
χόσια.

Κέβης — διάλογοι αὐτοῦ φέ-
ρονται τρεῖς Ἐρδόμη Φρόνι-
χος Πίναξ (ἔστι δὲ τῶν ἐν
Ἄιδον διήγησις) καὶ ἄλ-
λα τινά.

Κέβης — καὶ τοίτον φέρον-
ται διάλογοι τρεῖς. Πίναξ,
Ἐρδόμη. Φρόνιχος.

Περίανδρος — ἔγραψεν ὑπο-
θήκας εἰς τὸν ἀνθρώπι-
νον βίον ἐπη β'.

ἐποίησε δὲ καὶ ὑποθήκας εἰς
ἐπη δισχίλια.

Πιττακός — ἔγραψε νόμονς — ἐποίησε δὲ καὶ ἐλεγεῖαι ἐπηχ' καὶ ὑπὲρ νόμων καταλογάδην.

Πολέμων — καὶ πολλὰ μὲν συνέγραψε βιβλία, οὐ δὲν δ' αὐτὸν φέρεται.

Πινθαγόρας — συνέγραψε δ' ὁ Πινθαγόρας μόνα τρία βιβλία, παιδευτικὸν, πολιτικὸν, τὸ δὲ φερόμενον τρίτον ὡς Πινθαγόρου Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου.

Ταραντίνου — τινὲς ἀνατιθέασι αὐτῷ καὶ τὰ χρυσᾶ ἐπη.

Σόλων — ἔγραψε νόμους Ἀθηναῖοις — ποίημα δι' ἐλεγείων δὲ Σαλαμῖς ἐπιγράφεται, ὑποθήκας δι' ἐλεγείων καὶ ἄλλα.

Τηλαύγης — ἔγραψε περὶ τῆς τετρακτύος βιβλία δ'.

Φαιδων — διάλογοι δ' αὐτοῦ Ζώπινος Μήδιος Σίμων Ἀρτίμαχος ἥ πρεσβύτης, Νικίας Σιμμίας Ἄλκιβιάδης Κριτόλαος.

Φερεκέδης — ἐστι δ' ἀπαντά ἡ συνέγραψε ταῦτα. ἐπτάμυνχος ἦτοι Θεοκρασία ἥ Θεογονία. ἐστι δὲ Θεολογία ἐν βιβλίοις ἵ, ἔχονσα θεῶν γένεσιν καὶ διαδόχους.

Φίλισκος — ἔγραψε διαλόγους ὃν ἐστι Κόδρος.

ἐποίησε δὲ καὶ ἐλεγεῖαι ἐπηχακόσια καὶ ὑπὲρ νόμων καταλογάδην τοῖς πολίταις.

— ἵκανὰ συγγράμματα καταλιπών.

γέγραπται δὲ τῷ Πινθαγόρᾳ συγγράμματα τρία παιδευτικὸν πολιτικὸν φυσικὸν. τὸ δὲ φερόμενον ὡς Πινθαγόρου Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου.

γέγραψε δὲ δῆλον μέν διτοὺς νόμους καὶ δημηγορίας δὲ καὶ εἰς εὖντὸν ὑποθήκας ἐλεγεῖαι καὶ τὰ περὶ Σαλαμῖνος καὶ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας ἐπη πεντακισχίλιαι, καὶ ἵλματονς καὶ ἐπιφδούς.

Διαλόγονς δὲ συνέγραψε γνησίους μὲν Ζώπινον Σίμωνα καὶ δισταζόμενον Νικίαν, Μήδιον δὲν φασί τινες Άλσοχίνον, οἱ δὲ Πολυναίνον. Ἀντίμαχον ἥ πρεσβύτας, καὶ οὗτος διστάζεται. Σκυθικὸν λόγονς, καὶ τούτον τινὲς Άλσοχίνον φασίν.

σώζεται δὲ τοῦ Σηρίου τότε βιβλίον ὃ συνέγραψεν οὗ ἥ ἀρχὴ κτλ.

τά τε τραγωδίαι (Διογένους) φησιν ὃ Σάτυνος Φιλίσκον εἶναι τοῦ Άιγινήτου.

Aperiimus igitur interiorum horum indicum cognitionem. Tantum enim abest, ut Hesychius Laertium descripserit et compilaverit, ut ab utroque ex uno fonte, sed cum discrimine hau-stum esse censeamus. Iam vero hic communis fons indagandus est. Cum autem pro certo statuendum sit, vitas Hesychianas ex eodem fonte fluxisse, unde indices, ratio postulat, postquam edocti sumus Laertianorum indicum fontem eundem esse Hesychianorum, ut conligamus, quidquid ex Hesychii vitis ad singulos illos quos eruimus fontes Laertii referendum est.

Hesychius:

- 'Αναξιγόρους* — ἔφηγε δ' ἔξι *'Αθηνῶν Περι-* = Sotion ap.
κλέοντος αὐτῷ σινειπόντος, καὶ ἐλθὼν ἐν Λαιμῷ
ψάκω ἐκεῖσε κατασιρέψαι τὸν βίον ἀποκαρ-
τερήσας —
- διτέ νῦν *'Αθηνῶν* ἐτεβλήθη ἐν δευμωτηρίῳ = Hermippus
οἰδάτια καινὴν δῆξαν τὸν Θεον παρεισφέρων.
- 'Αναξιμένης* — γέγονεν ἐν τῇ νέῃ ὀλυμπιάδι = Apollodorus
[ἐτελείτησε δὲ suppl.] ἐν τῇ Σάρδεων ἄλωσει
ὅτε Κῦρος ὁ Πέρσης Κροῖσον καθεῖλεν.
- 'Αρίστιππος* — πρῶτος δὲ τῶν Σωκρατικῶν = Phanias II.
μισθοὺς ἐπράξατο. 65.
- 'Αριστοτέλης* — δὲ δὲ *Νικόμαχος* ἵατρὸς ἦν = Hermippus
τοῦ τῶν Αἰσκληπιαδῶν γένοντος, ἀπὸ *Νικομά-
χου* τοῦ *Νικάνορος*.
- τραντὸς τὴν φωνὴν — = Timotheus
V. 1.
- ἔξι *Ἐροπιλλίδος* παλλακῆς, ἦν ἡγάγετο μετὰ = Demetrius
Πνθιάδα τοῦ Εὔμείον τοῦ Εὐροίχον, ὅτις Magnes
ἥν ἀρχων *Αἰαρνέως* — Εὐβοϊκον δὲ τοῦ Βι- V. 3.
θυνον δοῦλος γεγονὼς.
- ἐγενήθη δὲ ἐν τῇ ἐννευηροστῇ ἐννάτῃ ὀλιμπ- = Apollodorus
πιάδι — V. 9.
- οἱ δέ φασι νόμῳ αὐτὸν τελευτῆσαι = Apollodorus
V. 10.
- 'Αρχίτας* — τοῦτον φησι *Φανίας* δὲ *Ἐρέσιος* = Phanias.
(codd. φανερῶς, emend. optime Bernhard.) γε-
νέσθαι διδάσκαλον *Ἐμπεδοκλέοντος*.
- Ἀημήτριος* — δηγθεὶς ἦν ἀσπίδος ἀπέθανε = Hermippus
καὶ ἐτάφη ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νόμῳ. V. 78.
- Ἀημόριτος* — ὡς δέ τινες, καὶ *Μάγων* καὶ = Demetrius
Χαλδαίων τε καὶ Περσῶν. Magnes
IX, 35.

- Διογένης — κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν, ὅτε καὶ = Demetrius
δὲ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος ἐν Βαβυλῶνι ἀπέ- Magnes
θανεῖ. VI. 79.
- Ἐμπεδοκλῆς — τραγῳδίαι αὐτοῦ κδ' = Heraclides VIII. 58
- Ἐμπεδοκλῆς Μέτωνος = Hippobotus VIII. 51.
- οἱ δὲ Ἐξαιτέτον = Apollodorus VIII. 52.
- = Satyrus VIII. 53.
- οὗτος δὲ Ἐμπεδοκλῆς στέμμα ἔχων ἐπὶ τῆς = Neanthes κεφαλῆς χρυσοῦν κτλ. VIII. 72.
- ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς κρατῆρα πυρὸς κτλ. = Hippobotus VIII. 69.
- ἐπεκλήθη δὲ καὶ Κωλυσανέμας κτλ. = Timaeus VIII. 60.
- γέγονε δὲ τούτου μαθητὴς Γοργίας δὲ φῆ- = Satyrus τῷδε Λεοντῖνος — VIII. 58.
- Ἐπίκουρος — πρῶτον μὲν ἐν Σάμῳ διατρίψας = Heraclides σὸν τοῖς γονεῦσιν in Sotionis Epitome X. 1.
- ἀκούσας δὲ Ναυσιφάνοντος τοῦ Δημοκριτείου = Ariston X.
καὶ Παμφίλου τοῦ Πλάτωνος μαθητοῦ 14.
- γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς φθόνου ὀλυμπιάδος κτλ. = Apollodorus X. 14.
- Εὔδοξος — ὡς τρεῖς ἐγένοντο θυγατέρες Ἄκτις = Sotion VIII.
Ἀελφίς Φιλτίς 89.
- Ζήρων — καθελεῖν δὲ θελήσας Νέαοχον, οἱ = Heraclides δὲ Διομέδοντα τὸν Ἐλέας τύραννον ἐάλω in Satyri Epitome IX. 26.
- καὶ ἐν ἀλμῷ βληθεὶς συνετρίβη πτισσό- = Hermippus μενος. IX. 27.
- Ἡρακλείδης — οὗτος καὶ δράκοντα ἐθρεψε καὶ = Demetrius ἡμέρωσε καὶ εἰχε συνδιαιτώμενον αὐτῷ κτλ. Magnes V. 89.
- Ἡρακλείτος — ἀλλ’ αἰτός βολβίτῳ χρίσας = Neanthes δόλον ἑαυτὸν εἴσεσε ἔηρανθῆναι τοῦτο ὑπὸ τοῦ IX. 4.
ἡλίου κτλ.
- τινὲς δὲ αὐτὸν ἔφασαν διακοῦσαι Σενοφά- = Sotion IX. 5.
νονς.

<i>Θεανὼ — γαμετὴ δὲ τοῦ μεγάλου Πυθαγόρου</i>	= Hippobotus
ἔξ οὗ ἔσχε Τηλαύγην.	VIII. 43.
<i>Θεόφραστος — ἐρώμενον δὲ (ἔσχεν) τὸν Ἀρι-</i>	= Aristippus
<i>στοτέλοντος νιὸν τοῦ φιλοσόφου Νικόμιαχον</i>	V. 39.
<i>Κράτης — ὃς ἔξαργνος τὴν οὐσίαν κτλ.</i>	= Demetrius
	Magnes
	VI. 88.
<i>Πυθαγόρας Σάμιος</i>	= Hermippus.
<i>— οὗτος ἥποντες — Ζάρητος</i>	= Aristodemus
<i>τοῦ μάγον</i>	cf. Hippol. Polyhistor
	philosoph. vid. Cyr.
	p. 38 Wolf. adv. Iul.
	IX. 133.
<i>Πύρρων — καὶ πρότερον μὲν ἦν ζωγράφος</i>	= Apollodorus
	IX. 61.
<i>Σωκράτης — πρότερον γενόμενος λιθοξόος,</i>	= Duris II 19.
<i>ώστε καὶ φασιν αὐτοῦ ἔργον εἰναι τὰς Ἀθή-</i>	
<i>νησιν ἐνδειμένας Χάριτας.</i>	
<i>— ἀκοῦσαι Δαμώνος</i>	= Alexander
	II. 18.
<i>Ἀριστοτέλεος Ἀρχελάον</i>	= Aristoxenus.
<i>Φιλίσκος — αὐτὸς δ' ἀκονστῆς ἦν τοῦ κυνὸς</i>	= Satyrus VI.
<i>Διογένους.</i>	80.
<i>κατὰ δ' Ἐρμιππον Στίλπωνος</i>	= Hermippus.
<i>Χρύσιππος — Ταρσεὺς —</i>	= Alexander
	VII. 179.
<i>— καὶ τελευτήσας οὐ καὶ γένεται ἕπει τοῦ πιεῖν</i>	= Hermippus
<i>ἄκρατον καὶ ἀλιγγιάσατ.</i>	VII. 184.

Tenemus igitur Hermippum, Satyrum, Duridem, Aristipsum, Sotionem, Hippobotum, Heraclidem, Apollodorum, Neanthem, Timaeum, Aristoxenum, Demetrium Magnetem alias, e quorum memoria conformatae sunt Hesychii philosophorum vitae. Apertum vero est eum non omnes hos ipsum inspexisse: hoc potius quaerimus, quis sit ille unus scriptor, qui horum omnium rivulos in agrum suum derivaverit ideoque ab Hesychio commodissime potuerit compilari.

Si quis vero hanc scriptorum seriem oculis perreptaverit, non dubitat, quin suspicio in uno certoque haereat homine. Ex illorum scriptorum numero aetate recentissimus et Hesychii temporibus proximus est Demetrius Magnes, idem, qui ceterorum scriptorum doctrinam iam in usum suum converterat. Atqui ex

ipsa disputatione nostra adparet eosdem prorsus scriptores, ad quorum auctoritatem singulae vitarum Hesychianarum particulae redeant, a Demetrio Magnete esse usurpatos.

Vt igitur dicam, quod consecutum est: Demetrius Magnes est ille unus fons, e quo Hesychius doctrinam suam hausit, Demetrii Magnetis color faciesque ex Hesychio tamquam e palimpsesto enitescit.

Hoc novo adminiculo, quod modo assecuti sumus, certius effici potest, quod in quinto capite magis coniecerim quam probaverim, Demetrium Aristippi quoque περὶ παλαιᾶς τρυφῆς librum usurpasse. Conf. Suid. s. v. Θεόφραστος. Laert. V. 39. Idem de Hippoboto dicendum est cf. Suid. s. v. Ἐμπεδοκλῆς. La. VIII. 51. 69. Suid. s. v. Θεανώ La. VIII. 43. Etiam hoc iam est in liquido positum, epistulas sapientum et aliorum e Demetrio in Dioclem fluxisse cf. Suid. s. v. Ἐπιμενίδης cf. La. I. 64. 112. Suid. s. v. Κλεόβονλος La. I. 93. Suid. s. v. Ἰπποχράτης. Etiam Timotheus in Demetrii fontium numero habendus est cf. Suid. s. v. Ἀριστοτέλης. La. V. 1. La. III. 4. 5. Neanthes — Dicaearchus — Timotheus V. 1. 2. Hermippus — Timotheus — Hermippus. Non erat academicae scholae addictus cf. La. III. 5. IV. 4. De Timaeo eiusdem Demetrii fonte cf. Suid. s. v. Ἐμπεδοκλῆς La. VIII. 60. Restat, ut etiam Alexandrum Polyhistorem censem Demetrio praesto fuisse cf. Suid. s. v. Χονσύππος La. VII. 179. Suid. s. v. Σωκράτης. La. II. 18. Suid. s. v. Πιθαγόρας. Cyr. adv. Iul. IX. 133.


Iam extat uno vitarum loco nomen a librariis corruptum Ἀγρέσφων ἐν Ὄμωνίμοις, e cuius ductibus O. Schneiderus feliciter Ἀργεσιφῶν eruit. Qui cum ad Apollonios Tyanenses excitetur, alteri vel tertio p. Chr. saeculo adsignandus esse videtur. De cuius homonymorum tabulis non dubito: quid egit Argesiphon nisi ut Demetrii indices usque ad aetatem suam supplendo continuaret. Quam operam paullo socordius, si recte video, praestitit: si quidem constat eum Demetrii errores, a viris doctis post Demetrium detectos, integros in librum suum transtulisse. Id quod luculentis exemplis demonstrabo, si mihi copia fuerit hanc totam materiam cum pulvrisculo exhaustiendi⁶⁾.

Neque hoc neglegentiae vitium Argesiphon vitavit, quod nonnunquam ad verbum res descriptis, quas Demetrio quidem scribere licuit, non licuit homini multo recentiori. Vt uno defungar exemplo: nulla ratione, nisi hac, quam modo indicavi-

6) Haec, quae probavimus, non solum ad philosophorum, sed etiam ad poetarum, rhetorum, historicorum, medicorum vitas pertinere unusquisque dispicit. — Sed patet prorsus alia via, qua demonstrari possit, ex homonymorum indicibus profectum esse Hesychii compendium. Quod uno verbo notasse velim.

mus, haec Hesychi verba possunt explicari s. v. Ἐπίκουρος — καὶ διέμεινεν ἡ αὐτοῦ σχολὴ ἔως Καισαρος τοῦ πρώτου ἐπη σκζ', ἐν οἷς διάδοχοι αντῆς ἐγένοντο ιδ'. Hoc loco innisi Zumptius alii anno XLIII a. Chr. n. Epicureorum scholam evanuisse sumunt: quod nobismet sumere non licet, quippe qui docuerimus eam etiam Tiberii Caesaris aetate integris et continuis successionibus floruisse. Turbae vero illo loco excitatae facilime sedantur, si nobiscum facis adfirmantibus, hoc ipso anno XLIII Demetrium Magnetem librum suum composuisse: id quod Scheurleeri computis optime convenit. Significavit igitur Demetrius Epicureorum scholam aetate sua fuisse superstitem: cuius nota integra transiit in Argesiphontem atque inde in Hesychium: quem descriptis Suidas.

Hanc igitur accipe tabulam — ut tandem aliquando disputationi finem imponamns — qua totam rationem, quae inter Laertium Suidamque intercedit, exhibito stemmatis artificio exprimamus:



Dabam Lipsiae anno MDCCCLXVII.